





V

Legat Idzi, biskup tuskulański poświadcza uposażenie i swobody klasztoru Benedyktynów tynieckiego.

In nomine patris et filij et spiritus sancti. Omnes fideles Christianos, qui Dei et proximi dileccionem habere noscuntur, sanctam ac venerabilem Christi ecclesiam fideli reuerencia condecet aügere, et monasteriorum qüieti sümma cüm deüocione tam in temporalibus quam in spiritüalibus proüidere. Ne religiosorum virorüm qües aliqüa interueniente controüersia disturbata, eterne dulcedinis süaüitatem degüstare et sancte deuocioni, prout saluti eorum expedit, insistere nequeant. Qua propter ego Egidius Tusculanus episcopus, s. R. ecclesie cardinalis & d. Calixti pp. per Ungariam et Poloniam legatus, sancte Tinecensi ecclesie, consenciente gloriosissimo Polonorum duce Boleslao, et filio Vladislao, et episcopo Cracouiensi Radosto, qüicqüid eadem

ecclesia in predijs et foris et taber-
nis et macellis et quod polonico
more pomocne dicitur, sine om-
nem censum quali vel quocum-
que modo vulgariter nuncupetur,
et duodecim marcas argenti pro
occiso homine soluendas, si inter
homines ecclesie Tincensis, quod ab-
sit euenerit: que omnia eidem ec-
clesie a Vladislao rege et Iudi-
tha regina concessa esse prefa-
tus dux testabatur, et a se et ab
omnibus auis, proauisque suis re-
uerenter custodita, apostolica au-
thoritate, decretali concessione fir-
mamus, quicquid habet et tenet,
vel futuro tempore iuste acquisie-
rit. Id est Tincensem villam cum
transitu nauali et una taberna,
secunda ultra fluuium cum voto
ducis duodecim marcarum ar-
genti et tribus poledris singulis an-
nis et omnibus ministris curie re-
gis competentibus cum omni cas-
tellatura, ab omnium impedimen-
to defensis, tam pistoribus, tage-

narijs, quam cocis et camerarijs, piscatoribus et pecorarijs, et omni consistencia muniltis. Villam Lan-
tiki cum adscripticijs. Villam Ka-
szow cum adscripticijs. Villam Czu-
low cum smardonibus, sub una circuicione Woycowo cum piscato-
ribus, Niniec, Priuit artifex lagena-
rum et doliorum. Pradnik cum una taberna, cuius heredes Mars et Ratey tres scotos soluentes: que ville ab om-
ni sunt pensione ducis immunes. Duo macella in Cracouia. In Si-
dzina quatuor surouice et due ta-
berne et zamar, de una quaque sarlagine et dedina. Horowice vil-
la. Radzieszow villa cum melli-
ficio et venacione. In Bitom tar-
gowe, due taberne. In Siewior no-
uum targowe, una taberna, unum macellum. Steklecz. Gruszow. Ad magnum salem quatuor targowe et quatuor taberne et petine et qualibet septimana tres alueos et quartum srede et septem pro li-
gnis. Lapsica et cum Koianow

et sale et servo Zulit, et fratribus eius. Regina Juditha contulit Ti„ necensi ecclesie Xiegnice cum ta„ berna et servis Sokol et filijs eius Nedamir & Milu et Zylza. In Do„ lany camerarij Moris, Tuor, Pe„ trus cognominatus Zrobadlo, Da„ mian in littore Visle. Camerarij in Kargow, Sulek pistor. In Po„ wozow Zera cum fratribus. Tu„ chow heredes Medvvet, Rzech, Mich, Woian. Zdanowice villa, Pozrogis, Misley, Brzestryk, Paleta. Vno„ chowice villa, Vnoch, Graza, Car„ bella, Zbos, Chorela. Bezdechowice villa, Vnik, Gostenta. Swepetnice villa, Novvomysl. Chrochowice vil„ la, Grod, Warga, Zulod, Mlo„ dos, Wisetrop. Siebnia villa, Gra„ za, Gnieiran. Deborzyn villa, Reucza, Mloka, Dobrosta. Timil„ no villa, Serokina, Negrod. Po„ wezow villa, Negnz, Wewoz, Ro„ desa. Ceciowice villa, Gniewoni et Granzomis, Malchina, Vremysl, Zdywi. Tarnowek, Pilzno, Myslo„


sowice, Zdebudz, Neroda, Nedosa, Re-
poch, Lube, Uskulice, fabry in Du-
naiecz, Domine Iudith homines, Ra-
desa, Nemoy, Zduta, Radek. Vne-
sice villa, Zdymier, Dragota, Zy-
des, Lesteka, Tessota, Vsuzel. Zoba-
lice villa, Chiley, Aron, Bosa. Kle-
cecy villa, Stroy, Piwona, Krasi-
ka, Vnes, Krasek, Negan, Zglon.
Brestek villa, Bianc, Rados. Hi
omnes homines cum villis in Kne-
znic pertinentes ecclesie Tinecensi
tributum et strozam, cum pomo-
cne soluunt; curiam sepiunt do-
minorum suorum cum plantis,
in longitudine octo vlnarum, du-
as domos quolibet anno faciunt
quatuordecim ulnarum, quilibet
ipsorum quinque capecia metere,
et ad horreum deducere, et quili-
bet quinque currus feni falcare,
et adducere singulis annis tene-
tur; currus in Tineciam ducere,
quociescunque opus fuerit, decimas
triturare, et ad claustrum dedu-
cere, quolibet anno tenetur; qua-


tuor diebus omni anno arare, et ex„
spicare, ubi vicinior curia fuerit;
item de qualibet curia quolibet an„
no urna mellis et quatuor aspe„
rioli monasterio supradicto cedent
de ipsis hominibus. Et si quis ipso„
rum in furto deprehensus fuerit,
tres urnas mellis pro pena solvet,
si in pena sex marcarum manse„
rit, urnam mellis solvet. Stacio
prima abbatis apud ipsos, secun„
da preposito, tercia tribuno, quarta
tributario. Item quicquid eisdem
precipitur laborant. Opatowiec,
quod rex Boleslaus cum foro et
taberna et transitu navali et vo„
lo duodecim marcarum singulis
annis, et duabus tabernis in Vi„
slica ecclesie Tinecensi contulit,
cum hominibus Rak, Chrost, Bran„
to, Duran. Harum villarum de„
cimas et omnium que a religio„
sis viris collate sunt, rogatu du„
cis Boleslai, Radostus episcopus
eidem ecclesie contulit. Tinecense
vero cenobium omni modo liberum

esse apostolica authoritate decerni,,
mus, saluo tamen honore et reueren,,
cia Cracouiensis ecclesie, ac domi,,
ni Radosti, suorumque successo,,
rum: scilicet ut nullus dux, episco,,
pus, marchio, comes, vicecomes, nul,,
la persona magna ũel parũa, ec,,
clesiám Tinecensem molestare, vel
de predijs et decimis ecclesie ali,,
quid subtrahere presumat. Quis,,
quis autem huius nostre pagine
violator extiterit, vel de ecclesie re,,
bus aliquo conamine quidpiam
aũferre volũerit, a liminibus sanc,,
te ecclesie et omnium Christiano,,
rum fideliũm consorcio separatus,
ac viũifico corpore et sanguine
Domini nostri Iesu Christi segre,,
gatus, iram omnipotentis Dei, et
malediccionem sanctorum om,,
nium incurrat, et sit anathema,
maranata, et cum Iuda tradi,,
tore in die Iudicij porcionem ac,,
cipiat. Qũi vero custodierit, et
Dei ecclesiam non molestauerit,
benediccio quam promisit Deus

diligentibus se, in eum descendat, et cum fidelibus omnibus vitam eternam possideat. Amen. Acta sunt hec anno incarnacionis Do-mini millesimo centesimo quinto, indiccione XIII, epacta III, sub Bo-leslao duce in ciuitate Cracouien-si, annuente ipso duce et episco-po Radosto coram his testibus. Scarbimiro, Woyslao, Posligo, An-drea, Sulek cum filio Martino, Brandota, Dungos.

Szczygielski: Tinecia p. 138
Lelewel: Polska dzieje i rze-czy jej. T. IV. 1851. str. 119.





1136. Papież Innocenty II zatwierdza uposażenie arcybiskupstwa gnieźnieńskiego Jakubowi arcybiskupowi.

Innocencius episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Iacobo Gnesnensi Archiepiscopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Ex commisso nobis a Deo Apostolatus officio, uniuersis Dei fidelibus debitores existimus, et quanto Poloniarum regio in remotioribus mundi partibus sitta esse cognoscitur, tanto ei propensiori studio nos conuenit immunere, et apostolice tuitionis atque auctoritatis necessaria munimenta conferre. Dignum est equidem, ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, pro earum libertate sollicite vigilemus, et ne prauorum hominum molestiis agitentur, aut per eos suis bonis et possessionibus quocumque destitui valeant, salubriter prouidere curemus. Quamobrem Venerabilis frater Iacobe tuis postulationibus cle-

÷
menter annuimus, et gnesnensem ec-
clesiam, cui Deo authore presides, A-
postolice sedis priuilegio communi-
mus. Statuentes, ut quascunque pos-
sessiones, quecunque bona iuste et
canonice eadem ecclesia possidet,
aut in futurum rationabiliter po-
terit adipisci, firma tibi tuisque
successoribus et illibata seruentur,
in quibus hec propriis nominibus
exprimendo subiunximus. De Gne-
zden, de Ostrow, de Lekna, de Na-
kel usque ad fluuium Slituczа,
de Landa, de Kalisz, de Chezram,
de Ruda plenarias decimationes
annone, mellis et ferri, tabernarum
placitorum, pelliclariorum, mardu-
rin. et vulpinum, porcorum, thelo-
nei, tum in ipsa civitate, quam per
omnes transitus civitatibus, castel-
lis nominatis adiacentes. Item pro-
uincia de Znein cum decimis, cum
foro, cum lacubus et cum omni iuris-
dictione seculari his contenta villis.
Grochowiska cum his possessoribus
Durewicz, Radenta, Mislak, Sirak;
÷

Stare, Biskupice cum his Namoz,
Rus, Sul, Balowanz, Vikossa, Pan-
tis, Zmarc Miloch, Craie, Negloz,
Komus, Oal, Marlec, Cz, Posdech,
Redanta, Zmogor, Dome, Digonia,
Kobilca, Parech, Klobuchec, Pampié,
Kandera, Komor, Sdomit, Pande-
tech, quorum quidam in Zagoria
manent; Simple cum his Okroz,
Smarz, Kirnela, Zdemy, Sarnota,
Sulec, Milochat, Chrass, Dlotla, Kais,
Goli, Sedlon, Kostol, Milich, Lederg,
Sulirad, Spuca. Item Sirdnici cum
his possessoribus Karna, Dobec, Mi-
ley, Snowid, Targossa, Tirspys, Me-
sek, Mantina, Lowanta. Item Po-
stulino cum his Swirs, Bozanta,
Kurassek, Silistrypi, Redek. Item O-
pole cum his Chotan, Sulislaw,
Miley, Dobros, Mosebant, Wyssyma,
Radctech, Rosussek, Suk, Nadey,
Milos, Wolis, Dusen, Krestawez,
Beli, Gost, Kussa, Domaslda, Ra-
dos, Sostroch, Nessul, Teples, Miley,
Milachec et Mogilec, Sobanta, Ne-
miris. Item in villa Sagittariorum

Boles cum sociis suis. Item Dochu„
now cum his Zach, Osar, Dalesz,
Simon. Item Borice cum istis Kar„
nes, Powoz, Belina, Reck, Milic,
Nesnamy, Duza, Milej. Item Dochu„
now cum his Trup, Bores, Dobrina,
Krstan, Negloz, Dragomysl, Pan„
tis, Buze, Lucha, Miley, Dewentlitz,
Beskorist cum possessoribus Brodek,
Chux, Chropek, Blistrados, Radost,
Broda. Item villa Piscatorum cum
his Usemir, Miranta, Plastr, Use„
mir, Bracha, Nemir, Ck, Pelka,
Krysan, Bogdan, Karz, Prusso„
ta, Potr, Solanto, Piskor, Bogu„
la, Blizuta, Solidad, Sulis, Lecer,
Rados, Wrous, Bodes, Ninomysl,
Dal, Domazul, Dobrozvodl, Zyroch,
Blouca, Siroslaw. Item Uruty cum
his Tessimysl, Brodic, Zmars, Bod,
Tessimysl, Blizina, Tangemir, Ze„
dlanta, Milowit, Prekart, Trebna,
Bolesc, Dalchin. Item Yilckecow
cum his possessoribus Zyroch, Une„
mysl, Ares, Chropec, Unka, Bosty„
na, Parchina, Sinoch, Unewit.

Item Balowezyci cum his Radost,
Dobrymysl, Ksan, Chelst, Tes, Neu-
strofs, Raze, Chaianta, Raze, Zde-
wy, Zarbinowiz, Milowan, Sedle,
Neznawy, Sulič, Deuca. Item Lest-
niz cum his Milowy, Smyslissa,
Wilchanta, Malisca, Krusc, Bacho-
ra, Cyg, Balossa, Mosevodl, Tes,
Trebemysl, Wilcan, Domay, Wan,
Nemoy, Krston. Item Chomantowo
cum his Sulichna, Myslin, Sucho-
ra, Malozymyz, Siollo, Tezor, Bi-
chek, Redonc. Item Silche cum
his Silca, Milowan, Nezul, Rade-
ca, Techuta, Zyssen, Krespc, Zmil,
Rados, Lestmiza, Mnemysl, Bam-
ba, Bogumil. Item Sodowo cum
his Stanoch, Sisla, Boruch, Wo-
ian, Dargorad, Radost cui pri-
mogenitus Rpis, Nesda, Wilkos,
Serucha, Blizoche, Rados, Kizo-
wiz. Item Dobrylewo cum his
possessoribus Sulistry, Krostanz,
Rzek. Item Znepnicy cum his Kuz,
Krodossa, Oslab, Suliny, Rodost,
Kochan, Domany. Item Lissinino

cum his Ponat, Quatet, Targossa, Stra-
lec. Item Skarbinichi cum his Budi-
slau, Modos, Ukad, Zuar, Zlanic,
Chesloch, Brochot, Solan, Darscz. Hi
omnes cum alijs aduenis et omni po-
steritate Archiepiscopales sunt. Item
ville archiepiscopales circa Gnezda
Keblowo cuius possessores hi sunt
Dobron, Nenach, Uston, Radost,
Krambos, Cx, Sostres. Item Dambni-
cia Radovit cum his eius possesso-
res Smarcek, Doman, Sedlevit, Lo-
kana, Weslyna cum filiis eorum.
Item Spischino cum his Blize, Bo-
gumil, Bogdan. Item villa super
flumen una, quam tenuit olim
Stan, arator episcopi. Item ville
archiepiscopales circa Kalisz, Ray-
sko et alia Servidola, quam su-
per Zwandry agros appellaverunt
Hylme et cum omnibus incolis suis.
Item Sowicy et Lochowiz, Uxurowi-
ci, Malonowici, Pralici, Domanieri-
ci, et super agros Olobok, Myslen-
tino et super campum Dambsko om-
nes servi cum villis eorum. Item

Kostonowice cum villa eorum. Item
villa archiepiscopi circa Zeraz, Zan-
deiewiz, Sparno, Kluchici, Koberyche-
sko, Bambiza, Tarolycy, Manina,
he omnes cum possessoribus suis. Item
ville circa Spitimir, Janowici, Tandow,
Smolsko, Prikuna, Trukowici, Tur-
kowiske, Unciowo, Karchowo. Milos-
lowici, Kazowo et Klonow cum pos-
sessoribus suis. Item Milodat cum
villa et Zambatino, que fuit Dan-
geri episcopi. Saluslowo super flu-
vium Jena. Item Demiliche Castel-
lo quod est de Vratislavien. epis-
copatu, plenarie decimaciones per
totum ex hac parte Bariche. Item
de castellis Ziraz, Spicimir, Malo-
gost, Rospra, Lanciz, Wolbor, Sar-
now, Skryn, plenarias decimatio-
nes annone, mellis, ferri, pellium
vulpinarum et mardur. de placito,
de tabernis, de foris, de theloneis,
tam in ipsis castellis, quam in
locis eis adiacentibus per omnes
transitus, de theloneis et decimam
hebdomadam per omnes quotquot

sünt de Chrustow usque in Vislam
iusta flüuium Pelza. Item Lowiche
cum decimis, cum villis et earum
incolis, cum venacione, cum casto„
ribus et cum omni penitus iüris„
diccione seculari, nulli preter epis„
copum respondere habet. Item Nyr
per totum inter Thur et Cholm cum
castoribus et eorum custodibus, cum
piscatoribus et villis eorum tantum
Archiepiscopo pertinet. Item abba„
tia sancte Marie in castello Lan„
cicie cum centum servis et villis
eorum, cum quatüor scilicet Pres„
che, Cholle, Bezdeze, Ordowo. Item
Bralin cum sociis suis et vineis
duabus et nemoribus earum cum
villis suis, quarum üna Plocensis
altera Vladislauiensis castelli est.
Pistores eciam et coci, agazones et
sutores cum omnibus, que in insti„
tutione abbatie eiusdem sunt ordi„
nata. Item Manna ante castell„
lüm Zandomir, cum rusticis et
villis eorum et omnibus ad hec
pertinentibus. Item castellum Tolche

cum omnibus pertinentiis nonnisi Ar-
chiepiscopo pertinet. Item villa ante
Biton que Zuersow dicitur cum rus-
ticis argenti fossoribus, cum duabus
tabernis, nonnisi ad Archiepiscopi
pertinet iurisdiccionem. Item apud
civitatem Cracovie sal Archiepisco-
pi, quod Babiza nuncupatur, tan-
tum sue respondet dicioni. Item
ville Archiepiscopi circa Cracoviam
he sunt, Turewice cum villa eorum
Dankowo, Konecheno, Tyrno, Chrost-
lino, Krolewice, Zrenawa et super
preginz, Rudnicz, tam ville quam
possessores earum omni iure archi-
episcopo pertinent. Item villa in
Zrem que Dolko nuncupatur. Item
ville archiepiscopales per Cuiaviam,
Chelm, Konare, Bachora, Poddam-
bia, Hermanowo, Orwalowo, et he
omnes cum suis possessoribus de
possessione archiepiscopali sunt. De-
cernimus ergo ut nulli omnino ho-
minum liceat prefatam gnesnen-
sem ecclesiam temere perturbare,
aut aliquid de his eius possessoribus

aufferre, alias aufferendo removere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare. Si qua que in posterum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis pagi-nam sciens, contra eam temere ire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestate honorisque sui dignita-te careat, reamque se divino existe-re de perpetrato iniquitate iudi-cio cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi alie-na fiat, atque in extremo exami-ne districte ultioni subiaceat. Cunc-tis autem eidem loco que sua sunt servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fruc-tum bone operationis percipiant et apud districtum iudicem pacem inveniant. Adiicimus itaque ut nemini fas sit ecclesiam beati A-dalberti super possessione rustico-rum de cetero infestare, aut eis

exinde aliquam contradictionem
inferre, quorum nomina hec sunt
videlicet et officia. Ad officium a-
gazonum hi sunt Bostivoj, Tovi-
ta, Nezamysl cum tribus fratri-
bus Boston, Diatk, Radost, chan-
kossa, Nadey, chozura. Lagenarii
vero sunt hi Krisany, Subik cum
fratribus, Bolech cum fratribus.
Item iuxta Ilme Daluplox cum fi-
liis et cum villa proxima, Dobren-
ta, Bolec. Hi vero sunt Carpen-
tarii, Wrest, Tys, Dulgota, Doman,
Bolian. Hospites vero sunt hi Polc,
Pocay, Tessanta, Laxina, Smars,
Sobimisl, Mrech, chatis, Bodina,
Panten, Cirnech, chodik, Boston, Do-
bes cum filiis, Milos, Kuassek. Mi-
lites quoque hi sunt, Zoba, Stoy-
gnev, Segost, chantis. Ville vero cir-
ca fluvium Banzava, Kilevo, Pod-
gorzyno, Znepravicy, Lizynino, Sta-
rybiskupici, Zagorici, Chomosa, Pre-
wo, Blowotino. Si quis autem con-
tra hanc nostram institutionem
temere ire tentaverit, excommuni-

cationi subiaceat, conservantes vero
omnipotentis Dei et beatorum petri
et pauli Apostolorum eius gratiam
consequantur. Amen. Ego Innocen-
tius catholice ecclesie episcopus.
Datum pisis per manum Almeri-
ci sancte Romane ecclesie diaco-
ni cardinalis et cancell. Nonis Iu-
lii. Indictione XIV. Incarnationis
Dominice anno MCXXXVI. Anno
Pontificatus vero Domini Innocen-
tii pp. II. anno VII.–

Raczyński: Codex diplom.
majör. Poloniae – str. 1.
Lelewel: Polska dzieje i rze-
czy jej. Tom IV. 1851. str. 124.


Księżna Salomea wdowa po Bolesławie Krzywoustym wieś Radziejów klasztorowi w Mogilnie nadaję.


In nomine sancte trinitatis. Quum a Domino omnia donata sunt nobis ad usum nostre salutis, ut de presentibus futura, et de transitoriis memoriam eternam dignam pro posse vicissitudinem Deo nos convenit reddere, et de his que ab ipso accepimus ipsi sanctisque conservitoribus eius servire. Ego igitur Salomea ducissa Polonie, ut excessus meos et domini mei ducis Boleslai redimerem, studio divini servitii animum applicui, et ut faciliorem effectum res ea caperet, sancte Marie sanctique Ioannis patrocinium precordialiter querere studui. Ad quod querendum cum consilio proborum hominum, tum etiam ordine taili inducta fui. Post mortem enim domini mariti mei Boleslai dum sedula et officiosa satagerem circa frequens commemora-

tionis eius ministerium, idem in
paupere cultu lugubri mihi astans
per somnium se digni obsequii nihil
sancto Ioanni in Müglyn egisse con„
querebatur, adiiciens sibi profutu„
rūm, si hoc a me in proximo com„
pleretur. Igitur ego providens et or„
dinans, ut in Muglyn empta in
honorem sancte Marie consecraren„
tur, cum multis meis precibus de„
vota interfui, et villam Radeow cum
omnibus appendiciis presente domino
Iacobo archiepiscopo et id confir„
mante, Deo et sancte Marie sancto„
que Ioanni concredidi pro remedio
meo et viri mei, omniūmque filio„
rūm meorūm, omniūmque succes„
sorūm eorūm. Facta est igitur so„
lenniter hec largicio sub predicti
archiepiscopi banno et excommuni„
cacione, ne qūis ūnqūam heredūm
et posterorūm nostrorūm aūt eciam
alienorūm hoc aūdeat violare vel
cessare, ad meam peticionem tali
subterposita excommūnicacione. Qui„
cūmque villam Radeow sancto Io„

anni ecclesieque Muglinensi subtraxe-
rit, vel subtractam tenuerit, vel inge-
nio aliquo ab eodem loco contra volun-
tatem abbatis et fratrum ipsius alie-
naverit, auctoritate sancti Petri sanc-
tique Ioannis et nostra a Domino a-
lienetur, et eius memoria de terra tol-
latur, iramque Domini et hic et in
futuro patiatur, nisi quod presum-
psit digna satisfaccione mutetur.
Hec igitur acta sunt et dicta styli
que officio diligenter assignata sub
testimoniis magnarum et idonea-
rum personarum tam secularium
quam ecclesiasticarum hic subscrip-
tarum. Bernardus prepositus sancti
Petri, Bero, Bebo, Chuno, Vernerus,
Villechelmus capellani eius, Digno
comes Wszebor, Zbilut, Radzislaw,
Andreas filius episcopi, Cechawy,
Zyzema comes et multi alii.

Bielowski: Monumenta Poloniae historica. I. str. XXVI w potwierdzeniu Mieszka z r.





1140.

Papież Innocenty II zatwierdza posiadłości i prawa biskupstwa pomorskiego z siedzibą w Wolinie.

Innocentius Episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri Alberto Pomeranorum episcopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Ex commisso nobis a deo apostolatus officio fratribus nostris tam vicinis quam longe positis paterna nos conuenit prouisione consulere. et ecclesiis in quibus domino militare noscuntur suam iustitiam conseruare. Vt quemadmodum disponente Domino patres vocamur in nomine, ita nichilominus comprobemur in opere. Huius rei gratia. Venerabilis frater Alberte Episcope tuis iustis postulationibus clementer annuimus et commissam tibi Pomeranensem ecclesiam sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes ut in ciuitate Wollinensi in ecclesia beati Alberti episcopalis sedes perpetuis temporibus habeatur. Preterea quecumque bo-

na. quascunque possessiones. eadem eccle-
sia in presentiarum iuste et legitime
possidet. aut in futurum concessione
pontificum largicione Regum vel prin-
cipum. oblatione fidelium. seu aliis iu-
stis modis Deo propitio poterit. adipisci.
firma tibi tuisque successoribus et illiba-
ta permaneant. In quibus hec propriis
duximus exprimenda vocabulis. videli-
cet. civitatem ipsam Wolin cum foro
et taberna et suis omnibus appendiciis.
Castra hec scilicet Dymmin. Treboses.
Chozck. Wolgast, Huznoim, Prozvin,
Piris. Stargard. cum villis et eorum
appendiciis omnibus. Stetin. Cammyn.
cum taberna et foro. villis et omni-
bus eorum appendiciis. Colberg cum
tugurio salis et theloneo. foro. ta-
berna et omnibus suis pertinentiis.
de tota Pomerania usque ad Le-
bam fluuium. de unoquoque aran-
te duas mensuras annone et quin-
que denarios. decimam fori quod
dicitur Sithem. Decreuimus igitur
ut nec Regi nec duci. seu alicui
omnino hominum liceat. prefatam

ecclesiam temere perturbare aut eius possessionem auferre. vel ablatas retinere. minuere. seu quibuslibet fatigare molestiis. sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernacione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua sane in posterum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit. secundo tertioue commonita. nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui periculum patiatur. reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & a sanctissimo corpore & sanguine Dei ac Domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat. atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Ihesu Cristi. quatenus et hoc fructum bone ac-

tionis percipiant. et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. amen.

Ego Innocentius catholice ecclesie Episcopus.

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Gregorius Dyaconus Cardinalis sanctorum Sergii et Bachi.

Ego Gerardus presbiter Cardinalis tituli sancti Cyriaci in thermis.

Ego Ancelmus presbiter Cardinalis tituli sancti Laurencii in Lucina.

Ego Guydo sancte Romane ecclesie indignus sacerdos.

Ego Goyzo presbiter Cardinalis tit. sancte Cecilie.

Ego Hubaldus Dyaconus Cardinalis sancte Marie in via lata.


Ego Gerardus Dyaconus Cardinalis sancte Marie in.

Ego Guydo sancte Romane ecclesie Dyaconus Cardinalis.

Datum trans Tiberim per manum Aymerici sancte Romane ecclesie Dyaconi Cardinalis et cancellarii. secundo ydus Octobris.

indictione quarta. Incarnacionis dominice anno millesimo centesi-mo quadriagesimo. Pontificatus vero Domini Innocencii pape se-cundi anno undecimo.

Dreger: Codex Pomeraniae diplomat. p. 1.



1145.

Mieszek Stary zatwierdza posiadłości klasztoru w Trze-meszne i określa swobody onegoż.

In nomine sancte et indiuidue tri-nitatis. amen. Quoniam testimonio literarum gesta hominum maxime perpetuantur, idcirco necesse est actio-nes legitimas, que memoria indi-gent, per scripti continenciam in noticiam transmitti posterorum. Nouerint igitur uniuersi presentes et futuri, quod nos Mesco Dei gra-cia dux Polonie, patris nostri Bo-leslai illustris recordacionis pre-sertim in eis, que ad honorem Dei et nostram salutem, ac religionis augmentum facta esse cognosci-mus, imitatores idonei fieri cu-pientes, monasterium Chermesen-se regularium canonicorum ab ipso instauratum in nostram cu-ram pro ipsius ac nostra salute suscepimus protegendum atque meliorandum. Itaque ad peti-

tionem domini prepositi Bernhar„
di ac fratrum suorum donaciones
ducum ac militum Polonie, que ad
honorem Dei et beati Adalberti mar„
tyris venerationem, ecclesie Cherme„
nsi in subsidium ibi Deo seruien„
cium sunt collate, dignum duxi„
mus suis vocabulis exprimendas:
Chermesno cum hominibus et om„
nibus suis utilitatibus, videlicet
cum venacionibus indaginum
ac pedicarum, cum lacubus, cum
mellificiis, cum tabernis et hac li„
bertate, quod nulli ad presenciam
nostram vel castellani vel palati„
ni, vel alterius nostri judicis ci„
tati tenentur respondere, nisi
prius nostro sigillo speciali fue„
rint provocati; nostrosque vena„
tores seu canes numquam pascere
cogentur. Homicidium si perpe„
tratum fuerit inter homines ec„
clesie, tota causa preposito spec„
tabit: si vero liber occiderit ho„
minem ecclesie, caput pro capi„
te reddet, aut pene que provo„

ctwo dicitur subiacebit. Si autem
liberum occiderit homo ecclesie,
actor powodctwo, prepositus ve-
ro pecuniam in eo accipiet. Item
Polace villa cum lacubus et omni-
bus suis utilitatibus; Luben lacus
totus cum villa Popielow; Wela-
tow lacus totus cum villa et tri-
bus sortibus, videlicet: Siedlicowo,
Robakowo et Mislakowo; Camon
lacus totus cum duabus villis
super iacentibus. Donacio vero
pie memorie patris nostri Bole-
slavi ducis: Inowlodz ecclesia
beati Egidii cum duabus villis,
cum tabernis, cum theloneis per
ipsum fluuium [in] predbor,
in Sulugew, in ipso Inowlodz. Cum
vero nos et frater noster Boleslaus
dux Masovie et Cuiavie conven-
tum celebrassemus in Quecisow,
pro parcium terminis, frater nos-
ter prefatus Quecisow sue dicio-
ni cedere volebat, nosque nostro
dominio redigere volebamus ean-
dem, tunc ducissa Salome a no-

bis, filiis suis utrisque, prece ob-
tinuit, ut sibi eam conferremus,
quod et fecimus: quam protinus
ecclesie nominate contulit, et duas
sortes ei adiacentes, scilicet Osey-
cowo et Pustuino, villam eciam
Cebar cum foro ei accumulavit.
Nos quoque duces Mesco, Bole-
slaus, Casimirus hominibus in
Quecisow degentibus omnem li-
bertatem contulimus, eos ab om-
nibus tributis absolventes, videli-
cet a stroza, a podworowe, a
naraz, a powolowe, a castri edi-
ficacione, necnon ab expedicione.
Dum vero apud Gnesden civi-
tatem essemus, Mesco et Boleslaus
et fratres nostri Henricus et Casi-
mirus duces capellam sancte Ma-
rie apud Lanciciam in monte si-
tam, cum villa ipsius montis et
villa in Lubnice cum hominibus
Zaxlodici et villa Ostrow, insu-
per molendinum per medium,
et foralia et theloneum post quin-
que fora, omnes vero tabernas in

castro preter decimam hebdoma-
dam, examina vomerum, aque et
caldarii, atque manuale ferrum,
et capam in Cracouia ad magnum
sale, decimamque unam cella-
rii nostri in Sarnou pro remedio
anime nostre nostrorumque paren-
tum dicte ecclesie iure hereditario
ac perpetuo contulimus possidenda.
Salome quod [? quoque] ducissa con-
tulit Wasnow, forum cum tabernis
et ecclesia ad supplementum salis
predicte ecclesie; comes Zhebor con-
tulit ecclesiam Korczyn cum du-
abus villis et omnibus suis utilita-
tibus; comes Stoislaus contulit vil-
lam suo nomine vocitatam Stoi-
slave; comes Mikora contulit Le-
sowo prope Wasznów; comes Ne-
mirus contulit Pranastow; comes
Dirsierus contulit villam Gassa-
uam et Conratowo cum lacu Gol-
se, et cum omnibus suis utilita-
tibus; comes Degno contulit Oth-
vecam cum tribus lacubus, ita ut
nullus in eis aliquid iuris habeat.

comes Bernhardus contulit Selewo, cum omnibus suis utilitatibus. comes Sdislaus contulit duas villas et Zolakow cum theloneo et omnibus suis utilitatibus; comes Traianus contulit Pilchutkowo et Grabonowo cum clausura super vizlam; frater eius Ianus contulit Strzelno cum omnibus suis utilitatibus; comes Wlosto contulit villam suo nomine vocitatam Wlostowo, cum magna parte lacus Goplo; comes Paulus contulit decimam cellarii sui in Konski. Dum vero Ianus comes edificasset ecclesiam ad honorem Dei et beati Iohannis ewangeliste in fundo ipsius claustri Chremensensis sequenti die beati Adalberti, Nos omnes duces, Mesconem, Boleslaum, Henricum, Casimirum, una cum archiepiscopo et episcopis, totaque milicia Polonie ad eam dedicandam convocavit: qua solennissime dedicata dominus archiepiscopus his deci-

mis eam dotavit, videlicet: Siraco-
wo, Miroslavici, Telislavici, Ostro-
with. Comes vero Tanus has villas
contulit ecclesie edificate: Sira-
kowo, Ostrowite, Tanussowo, Cho-
relino. Et quia castrum Vissegrod
tam ipse, quam uxor eius Suli-
slava a nobis habuerunt pro
munere, de communi ducum li-
cencia medietatem tabernarum,
foralium, theloneï cum villa Los-
cuno, cum clausura super Dbram,
prefate ecclesie contulerunt. Cui
donacioni interfuerunt duces, vi-
delicet: Nos Mesco, Boleslaus et
fratres nostri Henricus et Casi-
mirus, Iacobus Archiepiscopus,
Alexander plocensis episcopus,
Ioannes et Peianus cancellarii,
comes Odolanus, Schebor, Saulus,
Dirsieraus, Zbiluth, Bogumilus,
Degno, Montinus, Pacoslaus,
Spichigneus et alii quam plu-
res. Ne autem he donaciones a
prefatis ecclesiis aliqua nocitu-
ra calumnia possint alienari,

prefato preposito Bernhardo pre-
sens scriptum dedimus nostri si-
gilli appensione roboratum. Da-
tum in Gnesden, anno Domini-
ce incarnacionis millesimo cente-
simo quadragesimo quinto, indic-
cione septima in sancti Vitalis
martyris. –

Rzyszczewski: Codex diplom.
Poloniae. II. 587.

1145.


Mieszek Stary klasztór Cystersów w Lendzie zakłada i uposaża.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Quandoquidem velocitate dierum nostrorum transituri sumus, quemadmodum fugere solet umbra et euanescere fumus. Igitur nos Mescho dei gratia dux Poloniae vniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse cupimus, quod pro dilectione domini nostri Iesu Christi, liberatione animarum nostrarum, et pro veneratione gloriose genitricis eiusdem perpetue virginis Marie et omnium sanctorum, monachos cisterciensis ordinis de longinquis partibus terre aduectos, de cenobio videlicet bergensi, pro viris literatis diuinorum celebrationibus, celestiumque contemplatoribus collocamus in loco, qui vocatur Lenda, super fluuium Wartam, ob remedium anime nostre ac posterorum nostrorum, conferentes eis has hereditates subscriptas cum omnibus vtilitatibus, que in eis sunt, ac in posterum prouenire poterunt, in nostra eos defensione suscipientes et successoribus nostris per omne tempus defendendos dimittimus, solo diuine remuneracionis intuitu. Iam vero subnotantur possessionum loca, scilicet: Coszcol, vbi concessimus forum cum libertate plenum, Dolay, Morscho, Cloua et Gostschene. Istarum vero villarum homines tenentur singuli soluere in festo sancti Michaelis LX manipulos siliginis, modium auene, mensuram triti-

ci, tres urnas brasii, quinque capecia an-
none metere, tria plaustra feni totidemque
lignorum, duos trunchos de pino, per tres
continuos dies cum tota familia segetes pur-
gare, per unum diem singuli triturare,
tres kitas lini dare, contulimus et has sub-
notatas hereditates cum hominibus et omni-
bus utilitatibus, que in eis sunt et post fu-
ture esse poterunt: Szochowo cum cocis, Tro-
gouo cum sanctuariis et stabulariis, Gra-
benowicz cum camerariis, Slawsco cum pis-
catoribus, Viranouo, Quascouo, Chozen, Sta-
ralanca, Sbirarouo; homines vero predicta-
rum villarum tenentur rebe infra Syraz et
Wladislaw; per totam Poloniam cum ne-
cessitas fratrum exigerit, tam equestres quam
pedestres mandata ipsorum dirigere. Indul-
simus preterea, ut piscatores et venatores fra-
trum iam dictorum, piscatores venatoresque
nostros ac posterorum nostrorum ubique pis-
cando ac venando libere sequantur. Dedi-
mus etiam ad lumina conquerenda prefate
domui tria fora cum tabernis: Glen, Thur,
Sobotka. Volumus etiam tabernarios harum
villarum nusquam citari nisi coram abbate.
Quia vero donum deo collatum legibus prin-
cipum subiacere non debet, absolvimus om-
nes homines in premissis villis comorantes
ab omni prewod, a strosa, a dan, naraz,
podworowe, targoue, mostne, a castrorum
edificatione seu pontium quorumlibet, a re-
ceptione vel custodia aut conductu capto-

-rariorum, a custodia et solutione erodiorum, quod socol dicitur, a vicinia quod opole vulgariter nuncupatur, ab omni exaccione siue collecciones, a uecturis et expedicionibus et ab omnibus iuribus in Polonia constitutis, quibuscumque censeantur nominibus. Nulli ergo castellanorum aut iudicum citandi seu iudicandi in prefatis hominibus vel villis eorum ius aliquod reseruantes, sed cum grauis causa emerserit, que coram abbate vel eius iudice conuenienter diffiniri non poterit, ad presenciam nostram cum anulo nostro citari debent, remittentes abbati quidquid iure iudicii cesserit, et nusquam incarcerari, nisi in stabulo abbatis. Ut autem hoc nostrum factum ad honorem dei sancteque genitricis eiusdem semper virginis Marie robur perpetue firmitatis obtineat, presentem cedulam sigilli nostri simul et anuli munimine duximus roborandum. Acta sunt hec in Gnezdne in die beati Adalberti, anno domini millesimo C. XL. V. indictione nona, epacta vero sexta. Presentibus viris ecclesiasticis, videlicet Petro archiepiscopo sancte Gnesnensis ecclesie, Marchodio episcopo Poznaniensis ecclesie, Stephano preposito ibidem, Ciltherado decano, Tarosio palatino, Boguphalo castellano gnezdensi, Ylico capellano et aliis quampluribus nobilibus.

Damalewicz: Vitae archiep. Gnesnen.
Lelewel: Polska wieków średnich. Poznań 1851, III, 130.
Rzyszcz. Muczk. I, 1 (wyciągowo)




1146

Mieczysław Stary wieś Łusów wraz z poddanymi Kapitule Poznańskiej nadaje.–

Notum sit omnibus fidelibus tam presentibus quam futuris, quod dominus dux Meseco post victoriam que fuit in Poznan, dedit villam que vocatur Lusow cum hominibus ibi manentibus beato Petro pro remissione peccatorum suorum. Nomina autem hominum ibi manencium sunt hec: Sdebud, Strobis, Kozel, Mtech, Golic, Nedan, Nasuc, Wilcek, Dalay, Tanec, Crisan, Uscek, Ckun. Tunc Boguhvalus bone memorie episcopus accepta stola ivit ante altare beati Petri et excommunicavit omnes, qui deberent illam villam auferre vel hominibus in illa manentibus in aliquo nocere, et omnes qui adfuerunt et qui audierunt, responderunt amen.

Bielowski: Monumenta Poloniae historica, T. II, 775.




1146.

Stefan wojewoda krakowski poświadcza dział zrobiony między braćmi Piotrem, Przybysławem i Janem.

Nos Stephanus Palatinus Cracoviensis Ad perpetuam rei memoriam tenore presencium quibus expedit vniuersis significamus, Quod veniens ad nostram nostrique officij Palatinalis presentiam dominus Petrus Canonicus Gnesnensis vna cum Przybyslao fratre suo recognouerunt, quia dominum Ioannem Castellanum Visliciensem fratrem suum germanum, de omnibus praetensionibus, quas circa diuisionem hereditatis bonorum paternorum habebant, quietant presentibus et dictam diuisionem approbant et recipiunt ita, ut alter alterum in nullo amplius molestare possit in perpetuum cum sua posteritate. In cuius rei fidem presentes Sigillo nostro Palatinali subappenso communite sunt. Acta sunt hec in Cracouia in Crastino Circumcisionis Domini Anno Incarnationis Domini MCXXXXVI Sub horum testimonio: Paulo de Kazimirza, Miroslao de Garbia, Lutkone de Crzanow et Venceslao notario per cuius manus datum est.

Dodatek tygodniowy do Gazety Lwowskiej r. 1857 N. 4 (z aktów dziedzicznych państwa Łańcuckiego, pieczęć wisi na pasku).



1146.

Hubald legat papieski poświadcza, iż książęta Bolesław, Mieszek, Henryk i Kazimirz kaplicę N.P.Maryi w Łęczycy klasztorowi w Trzemesznie nadali.

Hubaldus sancte Romane ecclesie presbiter cardinalis apostolice sedis legatus, Dilecto fratri Bernardo preposito ecclesie de Sciremusine suisque successoribus et fratribus eiusdem loci presentibus et futuris, Salutem et omne bonum. Collata nobis a deo discrecio et ab apostolica sede commissa auctoritas nos hortatur, ut religiosas personas et loca ad serviendum Deo dicata diligere debeamus, et in quibus secundum deum possumus, pia eis sollicitudine providere curemus. Ideoque notum fieri volumus presentibus et futuris, quoniam dum apud Genezen civitatem essemus, Bolesclauus, et Misico duces et fratres eorum Henricus atque Casimirus, filii quondam Bolesclaui ducis, cappellam sancte Marie apud Lonciziam in monte sitam, pro remedio anime sue eorumque parentum ecclesie sancti Adhalberti, que est in loco, qui dicitur Sciremusine, cum omnibus redditibus ad eam pertinentibus perpetuo contulerunt, et ut auctoritate nobis commissa eandem confirmaremus donacionem, communiter rogauerunt. Cui donacioni interfuerunt presentes: Alexander videlicet Plocensis episcopus, Iohannes et Peanus cancellarij, Udolanus comes, Me-

bor, Saulus, Disichraus, Zbiluta, Bogo-
mil, Montinus, Bracosclauus comes, Spi-
tigneuus et alij plures. Nos itaque eo-
rundem ducum peticionibus annuentes,
eandem cappellam cum omnibus suis red-
ditibus prefate ecclesie beati Adhalberti
presentis scripti pagina confirmamus.
Forum quoque Quecisouque, quod idem
Boleslauus et Misico duces, et forum
Wasnoe, quod Salome ducissa predicte
ecclesie sancti Adhalberti contulerant,
et que largitione ducum et principum
et aliorum bonorum virorum eadem
ecclesia canonice habet vel poterit adi-
pisci, illibata sibi permaneant, fratri-
bus in eadem ecclesia deo seruientibus
profutura. Si quis vero contra huius
confirmationis nostre scriptum preno-
minatam ecclesiam sancti Adhalberti
molestare aut fatigare presumpserit,
indignacionem apostolice sedis incur-
rat, et a corpore et sanguine domini
nostri Jhesu Christi cum Juda tradi-
tore, et a communione ecclesie alienus
fiat, nisi infra triginta dies, postquam
inde fuerit commonitus, resipuerit.
Quod ut verius credatur et firmius fu-
turis temporibus habeatur, sigilli no-
stri impressione signauimus et pro-
prie manus subscripcione roborraui-
mus.

(odmiennem pismem)

✠ Ego Hubaldus sancte Romane ec-
clesie presbiter cardinalis apostolice se-
dis legatus.

Actum est apud Genezen. Anno domi-
nice incarnacionis. M°. C°. XL. VI. Indic-
tione VIIa. VI Non. Martii feliciter.

Oryginał pargaminowy przechowa-
ny w archiwum gnieźnieńskiem. Pie-
częć oderwana, pozostał tylko pa-
sek pargaminowy.

1147.

Eugeniusz III papież klasztor w Trzemesznie pod swą opiekę przyjmuje, wyszczególniając i zatwierdzając jego posiadłości.


Eugenius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Bernardo preposito Tremocensis ecclesie eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, Imperpetuum. Quociens illud a nobis petitur, Quod rationi et honestati conveniens esse dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium, ut fidelis et pia devotio celerem consequatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quecunque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus

et illibata permaneant. In quibus hec
propriis duximus exprimenda vocabulis.
Cremesen cum hominibus et pertinentiis
suis, villam Opetissou cum foro, capel-
la in Lonsitia cum omnibus ad eam
pertinentibus, Wasnou forum cum vil-
la, Luben cum lacu, Velatou cum la-
cu, Camen lacus cum duabus villis su-
periacentibus, Strelno, Pilchutkou, Pa-
lenda, Modewno, Woglowo, Chomese
cum lacu. Decernimus ergo, ut nulli omni-
no hominum liceat prefatam ecclesiam
temere perturbare aut eius possessiones
aufferre, vel ablatas retinere, minuere
aut aliquibus vexationibus fatigare,
sed omnia integra conserventur, eo-
rum, pro quorum gubernatione et ~~con-~~ susten-
~~servatione~~ tatione concessa sunt, usibus omni-
modis profutura, salva sedis apostolice
auctoritate et diocesanorum Episcoporum
canonica iustitia. Si qua igitur in fu-
turum ecclesiastica secularisve perso-
na hanc nostre constitutionis pagi-
nam sciens, ~~temere~~ contra eam temere veni-
re temptaverit, secundo tertiove com-
monita, si non satisfactione congrua
emendaverit, potestatis honorisque sui
dignitate careat, reamque se divino

[Margin: Twebar forum cum villa 7]

iŭdicio existere de perpetrata iniqŭitate
cognoscat, et a sacratissimo corpore et
sanguine dei et domini nostri Ihesŭ
Christi aliena fiat, atqŭe in extremo
examine districte ŭltioni sŭbiaceat.
Cŭnctis aŭtem eidem loco iŭsta servan-
tibŭs sit pax domini nostri Ihesŭ Chri-
sti, qŭatinŭs et hic frŭctŭm bone ac-
tionis percipiant, et apŭd districtŭm
iŭdicem premia eterne pacis inve-
niant. Amen, amen, amen. Datŭm
Parisiis per manŭm Hŭgonis presbi-
teri Cardinalis, agentis vicem domini
Gŭidonis ~~dei~~ d' sancte Romane ecclesie
diaconi Cardinalis et Cancellarii, II.
Kalendas Iŭnii, Indictione X, Incarna-
tionis dominice anno MCXLVII. Pon-
tificatŭs domini Eŭgenii pape III an-
no tertio.

Theiner: Vetera monumenta Po-
loniae et Lithŭaniae &c T. I (Ro-
mae 1860) str. 633.
Poprawniejszy tekst z transumptu
przechowanego w Trzemesznie, wy-
danego ~~w t~~ przez Urbana V.



1148. Papież Eugeniusz III biskupstwo kujawskie w swą pieczę przyjmuje, posiadłości onegoż i granice zatwierdza.

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabili fratri Warnero Vlotizlavensi Episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Quociens illud a nobis petitur, quod rationi et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Quacirca, venerabilis frater, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et Vlotizlavensem ecclesiam, cui, Deo auctore preesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut terminos tui episcopatus, quemadmodum a bone memorie Egidio Tusculano episcopo tunc apostolice sedis legato, et a Bolezlao nobili eiusdem terre duce

statuti sunt, absque diminutione
aliqua, tu et tuj successores in per„
petuum possideatis. Quascumque
preterea possessiones, quecumque bo„
na eadem ecclesia in presentiarum
iuste et canonice possidet, aut in
futurum concessione pontificum,
largitione regum vel principum,
oblatjone fidelium, seu aliis iustis
modis, deo propitjo, poterit adi„
pisci, firma tibj tuisque successo„
ribus et illibata permaneant. In
quibus hec specialiter duximus ex„
primenda: castrum videlicet Woi„
bor, cum omnibus suis appendiciis:
ecclesiam sancte Marie in Zavi„
chozt cum castro Lagou et deci„
ma eius, aliisque suis appendi„
ciis. Nonum nummum de omni„
bus que soluuntur ecclesie sancte
Marie de Zandomir secundum po„
lonicam iustitiam: prepositum
sancti Michaelis in Cracouia cum
omnibus ad eam pertinentibus. —
Castrum Gdanzc in Pomerania
cum decima tam annone, quam

—:—

vinnium eorum, que de navibus solvuntur. Decimam partem de moneta et de iudiciis totius episcopatus. Nulli ergo hominum liceat prefatam Vlotizlauensem ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, uel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestijs fatigare. Sed omnia conseruentur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non presumptionem suam congrua satisfactione correxerit: potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine domini nostri

Iesū Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni sūbiaceat. Cūnctis aūtem eidem loco sūa iūra seruantibus sit pax domini nostri Iesū Christi: qūa-
tenus et hic frūctūm bone actio-
nis percipiant et apūd districtūm iūdicem premia eterne pacis in-
ūeniant. Amen. Amen. Amen.

(S.) - Ego Eūgenius Catholice Eccle-
sie Episcopus.

Ego Imarius Tusculanus Epis-
copus -

Ego Hubaldus presbiter Cardi-
nalis titūli Sancte praxedis.

Ego Aribertus presbiter Cardina-
lis tit. S. Anastasie.

Ego Iulius presb. Cardinalis tit. S. Marcelli.

Ego Bernardus presb. Cardina-
lis tit. S. Clementis.

Ego Iordanus presbiter Cardi-
nalis tit. S. Susanne.


Ego Oddo Diaconus Cardinalis S. Georgii ad velūm aūreūm.


Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicholai in Carcere Tulliano.


† Ego Gregorius Diaconus Cardinalis S. Angeli.
Ego Guido Diac. Cardinalis S. Marie in porticu.
Ego Iacintus Diaconus Cardinalis S. Marie in Cosmydyn.

Datum Remis per manum Guidonis Sancte Romane Ecclesie Diac. Cardinalis et Cancellarii, II Nonas Aprilis, Indictione XI, Incarnationis dominice anno M.C.XLVIII. Pontificatus vero domini Eugenii III. pape anno IIII.

Rzyszczewski: Codex dipl. poloniae. II. 1.







1149.


Bolesław Kędzierzawy zatwierdza nadanie kościoła św. Michała klasztorowi św. Wincentego przez bisk. Roberta r. 1139 dokonane.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Anno dominice incarnacionis M°C°XXXIX indictione secunda, epacta octaua decima, concurrente secundo Boleslao tercio Polonie principe defuncto regnantibus pro eo filiis eius Wladislao in Cracouia, Boleslao in Mazouia, Misicone in Poznania anno vero pontificis Roberti quarto decimo idem presul consilio et ammonicione fratrum suorum, canonicorum videlicet eiusdem ecclesie, capellam iuxta monasterium beate Marie virginis, quod tunc Petrus edificabat, in honore sancti Michaelis constructam cum omnibus, que ad eam pertinent, eidem monasterio et Radulpho eiusdem monasterii abbati primo concessit et confirmauit semper habendam quatenus ad laudem dei et ad honorem sancte matris ecclesie predicto pontifici et successoribus eius prestat abbas et eius successores diligenter obediant et vicem eorum in omnibus gerant. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego dux Polonie Boleslaus pro salute anime mee ecclesie sancte Marie virginis sanctique Vincencii

episcopi et martiris ista contulerim iure per
petuo possidenda: capellam videlicet sancti
Martini infra civitatem Wratislay sita et
capellam sancti Benedicti in Legnice cum
villis et redditibus et forum in festo supra
dicti martiris per octo dies institutum et
thabernam in fine pontis prescripte ciuitatis
positam forumque in Costinlol et tabernam
de Polsnica cum villis Grabisin et Socolnice
et Chenese et Sobocisce, quam dedit dux
Wlatislaus pro dimidia Trebnicha. Hec au
tem sunt nomina villarum, quas comites
Polonici eidem contulerunt ecclesie: comes
Petrus fundator ecclesie Virbeno, Odram,
Cresenicam dedit et Olauam, in montibus
Pachozlauus villam dedit et molendinum
in Dobra, Vlostonissa comitissa dedit aliam
Sandiuuius Sveccino, Iordanus aliam; Christi
nus iuxta Legnicham alteram, dimigot Vezouo
Vitozlauus in Zaseph, Andreas Laurencit,
Rathimir Thatosouo, Bronisius Porech, Su
lislauus Pulsnicam et Lozaiuuam, Iohan
nes Wratislauiensis episcopus omnium
villarum istarum et decimas usibus ec
clesie supradicte incommutabiliter am
pliauit et Matheus episcopus decimam
in Laurencit, quam antecessores sui do
nauerunt, sub anathemate confirmauit.
Acta sunt hec in consecracione ecclesie

/ et sub anathemate confirmata anno ab incarnacione domini M°CXLVIIIJ° presentibus episcopis Iohanne Wratislauiensi, Matheo Cracouiensi supramemorato et Steffano Lubucensi, comitibus autem domino Iaxa, Michora, Clemente Vrotis, Theodoro et Crisano:-

Schirrmacher. Urkundenbuch der Stadt Liegnitz. p. 1.
Obacz także Mosbacha: Piotr syn Włodzimirza. Ostrów 1865 p. 100:102.




Walter, biskup wrocławski kościoły na górze Sobotniej i na Piaskach w Wrocławiu dziesięcinami uposaża.

Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Walterus, dei gra-
cia Wratislauiensis ecclesie episcopus,
pro singulis quibusque ecclesiarum
necessitatibus ex debito sollicitus, ho-
neste peticioni Comitis Palatini Pe-
tri simul et uxoris sue Marie, pari-
ter et filij Swentoslai ceterorumque
nobilium condescendere non distuli
de ecclesiis duabus in Wratislauia
iuxta pontem scilicet et in monte
Silentii in honore sancte dei geni-
tricis semperque uirginis Marie con-
structis, uillarum nouem decimas
in consecracione earundem addi-
di iure perpetuo possidendas scrip-
toque pariter et sigillo meo incom-
mutabili confirmaui. Quarum uil-
larum scilicet ad ecclesiam Wrati-
slauiensem pertinentium nomina
sunt hec: Strzegom, Ruseke, Tara-

-szow, Lüszina, Pascuchow, montane üero ecclesie üillarüm nomina sünt hec: Wyjgasd, Tczanscowa, Scrobiŭ, Bistritcza ex ütraqüe parte aqüe. Si qüis ista üiolare, seü qüalibet occasione mütare presümpserit, non solüm gloriose üirginis, sed eciam omnipotentis dei excommünicacio, ne perpetüa damnatüs incürrat offensam, nisi resipiscat et condi- gna satisfactione peniteat.

Heyne: Geschichte des Bisthums Breslau. p. 160 -



1153.

Henryk ks. sędomirski wsie Zagost i Właszów Szpitalnikom św. Jana Jerozolimskim nadaje.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Henricus Dei gracia filius Boleslai Ducis Polonie de dominio quod a patris voluntate et gracia dum viverem habui, pro salute parentum meorum et mea Hospitali Beati Ioannis Baptiste de Ierosolymis ad victum omnium, ibidem in Christo pauperum convenientium villas duas quarum una Zagost vocatur et alia Boreszovie et alio nomine Wlaszow cum LX bubus et X equis, et cum Aratoribus do, sic tamen, ut his qui debent restitutis aratores liberi recedant. Do eciam in Zagost iumenta L cum V emissariis, servos quoque eiusdem gregis pastores, ibidem araculo, quorum hec sunt nomina. Malusza, Cernoch, Panten, Suuecek Pantiz, Domatz, Goletz, Gostec, Bac, Opoka, Siz, Cechan.

Do eciam vineam cūm vineariūs, quo-
rūm hec sūnt nomina, Domavi et
Zabor. Do insūper ad restitūendos
predictarūm villarūm boves, taber-
nam in Cechow. Porro qūia eccle-
siam in honorem divi et beati Jo-
annis Baptiste in aliqūo prenomi-
natorūm locorūm, iam dūdūm
me constrūctūrūm devoveram, qūod
tamen vanitatibūs hūiūs secūli de-
tentūs dūm facere potūi, peccator
non feci, ad hoc votūm complen-
dūm, addo Castores de Malogost
et de Kire. His omnibūs eciam ad-
do ad inserviendūm prefati Hospi-
talis rūsticos qūi aliqūando de-
cem erant in Chrober, qūos frater
meūs Dūx Boleslaūs aliqūando
transmiserat in Cūiaviam; sed eos-
dem eciam ipso concedendos in
predictam Zagost redūxi, ibidem
perpetūo remansūros, qūorūm hec
sūnt nomina. Sūr et frater eiūs
Vūoian, Minslin, Cucek, cūm fra-
tre nomine Zawid, Dobrotyech,
Sanchora, Sūūrca, Golissa, Bam-

bica. Adijcio quoque istis omnibus artifices meos in prefata Zagost consistentes, quorum hec sunt no„mina Bliszus et frater eius Scarbis, Radon et Sulizlaw. Hos omnes pre„nominatos cum supradicta possessio„ne do predicto Hospitali Hieroso„limitano, cum omni posteritate sua, in perpetuum jure heredita„rio libere possidendos ita tamen, ut pretexati officiales, in suis offi„ciis seruiant. Chrobriam vero et ar„tifices more liberorum hospitum nunquam tamen a predicta pos„sessione recessuri. Ut autem hec mea largitio sepedicto Hospitali S. Ioan„nis in perpetuum firma et illiba„ta permaneat, Sigilli mei impres„sione eam corroboro et confirmo. Dominos vero meos fratres scilicet seniores Boleslaum atque Mesco„nem sicut et fratrem meum junio„rem Casimirum eorumque totam posteritatem suppliciter rogo et ob„nixius obsecro, quatenus eandem elemosinam meam sepe memorato

hospitali causa Dei ob remissio-
nem peccatorum suorum in ea li-
bertate qua eam trado, studeant
conservare, ne videlicet infra ter-
minos quos ibidem me iubente po-
suit Petrus Bozenwiz aliquis quic-
quam iniurie inferre queat et eius-
dem prefati loci homines nulli iu-
risdictioni polonice subiaceant, ex-
cepto servitio quo fratribus Hospita-
lis tenebuntur. Tabernario eciam
quem in Cechow ordinaverint, nul-
lus iniuriam aliquam vel anga-
riam inferre presumat. Quicunque
autem aliquid horum violare aten-
taverit, Anathema sit. Amen. A-
men. Amen.

Rzyszczewski: Codex diplom.
Poloniae. III. 4.

1153.

Wojciech, biskup pomorski zakłada, urządza i uposaża klasztór w Stulp.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Adelbertus Dei gratia primus Pomoranorum episcopus. Ex quo primum gens Pomoranorum deuoto studio Domini Bolizlaij gloriosi Polonorum Ducis ac predicatione Ottonis venerandi Babenbergensis episcopi fidem Cristi ac baptisma suscepit sub principe eorum Wartizlauo. communis eorundem principum electio et domini Pape Innocentii consecratio me quamuis indignum primum Pomeranie prefecit episcopum sub apostolice confirmationis testato. Vnde nos sicut officii nostri exigit ordo sollicite vsque quaque satagentes pro huius nouelle plantationis augmento et religiosorum virorum qui cooperatores nostri existerent flagrantes desiderio. ex Magdeburgensis ecclesie

spinatissimo cenobio impetratis fra-
tribus a domino Arnuldo abbate
sancti Johannis baptiste de Monte.
eos in ripa Pene fluminis in loco
qui dicitur Ztulp ubi prefatus
princeps Wartislauus interfectus
occubuit et in cujus memoriam
ibidem constructa est ecclesia. lo-
cauimus fauente et cooperante Ra-
liborio tunc nostro principe. eis-
que et eorum posteris decimam
de tota prouincia Groziwin proue-
nientem donauimus perpetuo iu-
re possidendam. In eadem etiam
prouincia primam ecclesiam de-
dicauimus. quam et omnes alias
ecclesias ejusdem prouincie que-
cumque in futurum construentur
abbati et ecclesie Ztulpensi sub-
jectas esse decernimus. preterea
hec et omnia alia bona quecum-
que Ztolpensis ecclesia possidet
in presenti vel a nobis vel a pre-
fato principe Ratiboro aut in
futurum concessione pontificum.
largitione principum. vel obla-

cione quorumlibet fidelium seu
aliis justis modis prestante do-
mino poterit adipisci ei et ipsius
ministris presentibus et futuris auc-
toritatis nostre scripto confirma-
mus. Si qua igitur in futurum
ecclesiastica secularisve persona
hanc nostre institutionis et con-
firmationis paginam ausu te-
merario infringere temptaverit.
secundo terciove commonita. ni-
si reatum suum condigna satis-
factione correxerit. anathema sit
et a sacratissimo corpore ac san-
guine domini ac redemptoris nos-
tri Ihesu Cristi sit aliena et in
extremo examine divine subjaceat
ultioni. Hujus autem negocii tes-
tes et cooperatores erant Helmuui-
gus ejusdem loci prepositus. Adel-
bertus presbiter et monachus. Tyo-
dericus monachus. Simon presbi-
ter. Hermannus Subdiaconus. Nobi-
les quoque laici Pantien. Doma-
zlav. Nicolaus. et alij quam plu-
res. Acta sunt hec anno Domini

M. C. L. III. indictione prima. quinto nonas Maji. –

Dreger: Codex Pomeraniae diplomat. p. 4 –

1153. Zbylūt klasztor Cystersów w Łeknie zakłada i onemuż niektóre posiadłości nadaje.

In nomine sancte et indiuīdue tri‐ nitatis. Notūm sit omnibūs catholi‐ cis tam fūtūri qūam presentis tem‐ poris. Honestūm ac beatūm constat esse votūm immo sanctūm ac laū‐ dabile patet esse commerciūm, da‐ re sūa transitoria et recipere pro his eterna, terrena sibi displicere et ce‐ lestia possidere. Hūiūs itaqūe tam sancte negociacionis amore, ego Zbi‐ lūd polonie civis sūperna inspi‐ rante gracia medullibūs ignescens, decorem domūs dei et locūm habi‐ tacionis glorie sūe diligens, simūl‐ qūe in libro vite cum jūstis conscribi cūpiens, patrimonij mei liberi por‐ cionem, villas scilicet has: Erglzko cūm lacū integro, Ztrassowo, Pogen‐ groza, et in Lokna forūm cūm ta‐ berna, omniūm bonorūm largitori deo, ad gloriam et laūdem, eiūsqūe

genitrici et sancto Petro ad hono„
rem, cum intime devotionis humi„
litate contradidi, et exinde in una
conscriptarum villarum, Lokne vi„
delicet, domicilium deo fieri, dota„
ri, investiri cum devoti desiderij
puritate institui. Pro cuius ergo do„
micilij spiritaliter disponenda gu„
bernacione, pro continuanda ibi
divine servitutis administracione,
pro statuenda eciam ibidem re„
gularis ac spiritalis discipline re„
ligione, viros quosdam spirita„
les, personas venerabiles, mortuos
mundo viventes Christo, cenobitas
re et habitu et professione, plenos
dei ac proximi dilectione, prout
potui, reuerenter advocavi, susce„
pi, dilexi, locavi. Quibus in eo„
dem loco, Lokna scilicet, spiri„
taliter degentibus, villas prestitu„
latas cum reditibus earum uni„
uersis, in usum liberrimum, ex„
hinc et in perpetuum, quasi pau„
peribus Christi pauper ipse, sine
ulla contradictione delegavi. Qua

propter huius mei devoti studii
factive testamentum, ne ulla un-
quam superior seu inferior per-
sona prava machinatione ducere
possit in irritum, sed ut integrum
et inconvulsum maneat in perpe-
tuum, dominum Iohannem sanc-
te Gneznensis ecclesie Archipresu-
lem, dominum Stephanum Pozna-
nensis ecclesie Antistitem, domi-
num Mesiconem Ducem, aliasque
perplurimas personas sublimes ac
humiles convocari; ubi ab utro-
que Episcopo, coram astante mul-
titudine, sub perpetui anathe-
matis obtentu confirmari, votis
omnium michi congaudencium
impetrari: ut si quis in presens
sive in posterum huius testamenti
prevaricari presumpserit privile-
gium, superni iudicis sine mise-
ricordia sententiam incidat, in-
fernus eum vivum, nisi resipuerit,
absorbeat. Anno M. C. L. III. Bole-
zlao, Mesicone, Henrico, fratribus
germanis in Polonia principan-

tibus. Acta sunt hec a Iohanne sancte Gnesnensis ecclesie venerabili Archipresule, cuius etiam sigilli impressione signate sunt hec littere sub privilegiali cautione testibus omn........ satis. Radvano Cancellario, Wilhelmo Custode, Magistro Folberto, Magistro Stephano, et his Comitibus: Ztoeskone, Pacozlawo, Predwoy, Brodizlawo, Dyrsycrayo, Dobrogost, Iohanne, Gerwardo, Bogussa, Mysykone pomerano, Predzlao, Thoma.

Rzyszczewski: Codex diplom. poloniae. I. 4.


Na drugim egzemplarzu powyższego przywileju, przechowanym w archiwum kapituły gnieźnieńskiej, znajduje się następujący dopisek:

„Notum sit omnibus hominibus, quod dux Boleslaus frater domini Mesiconis contulit beato Petro villam nomine Matitheu, comes Predslaus frater Chebde contulit Glavicov, villam nomine Yereniz contulit Prandola cum matre, villam Lotconia contulit Predwoy comes, villam Olesno contulit Gosti-

zlave et Kaschov, filij eius contulerunt Coprivce, villam Mocrhonoz contulerunt fratres duo Zlaunic et Petrus, villam nomine Thura contulit Ogerius comes cum matre et uxore, Dambagora contulit Philippus monachus. Et hec sunt ville quarum decime attinent ecclesie beati Petri; Bartorege, Nosym, Bucowe, Dambrouici, Nachowo, Domabore, Ochodyno, Monacowo, Bliscowice, Targouiste, Cirnelino, Camino Crosno, Archiepiscopus istarum trium villarum decimas contulit, scilicet Mocronoz, Chirnelino, Coprivcino sub his testibus: Iohanne preposito, Stephano archidiacono, Rudolpho sacerdote et Stephano fratre eius. Igitur si quis hec violaverit anathema sit."

Podobny lecz skrócony dopisek znajduje się na oryginale tegoż przywileju w archiwum Poznańskiem przechowanym.

Smolka: Archiwa w W. X. Poznańskiem i w Prusiech.



1154.

Jan arcybiskup gnieźnieński zakłada i uposaża klasztór Cystersów w Brzeźnicy /: później Jędrzejowskim zwany :/. –


In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Quia nos qui dispensatores Ecclesie sumus, amplius ceteris Deo debemus, et quo plura de donis eius ipso largiente accepimus, eo sane vigilancius nobis curandum est, ut que nostre tutele credita sunt, ac studeamus procurare, ut quando messis divina advenerit, fructum nostri laboris percipere mereamur. Honestum ac beatum constat esse votum immo sanctum ac laudabile patet esse commercium, dare sua transitoria et recipere pro his eterna, terrena sibi displicere et celestia possidere. Huius itaque tam negociacionis amore Ego Joannes Polonorum Archiepiscopus superna inspirante gracia medullitus ignescens, decorem domus Dei et locum habitacionis glorie sue diligens, simul que in libro vite cum iustis conscri-

bi cŭpiens, patrimonij mei liberam
porcionem villas scilicet has, Rakoszy„
no, Pothok, Lyszakowo, Lantczyno, Rako„
wo, Tharszowa, Chorzewa, cum decimis
sŭis. Preterea Episcopus bone memorie
Maurus qui eandem Ecclesiam consecra„
ŭit, et Radolh successor sŭus deci„
mas super villas has addiderunt sub
anathemate Osarowici, Preneslawe,
Konare, Michowo, Bechlowo, Borowa,
Prekopa, Linowo, omnium bonorum
largitori Deo ad gloriam et laudem,
eiusque genitrici, nec non et decimam
ville, que vocatur Holosisze, Beato A„
dalberto ad honorem, cum intime
deŭocionis humilitate contradidi, et
exinde in ŭna conscriptarum villa„
rŭm Brysinch videlicet domicilium
Deo fieri, dotari, inŭestiri cum deuo„
ti desiderij puritate institui. Pro cu„
ius domicilij spiritaliter disponenda
gubernacione, pro continuanda ibi
diuine serŭitŭtis administracione,
pro statuenda eciam ibidem regu„
laris ac spiritalis discipline religione,
viros quosdam spirituales, militan„

tes Domino sub regula beati Benedicti in ordine sancto Cisterciensium, a quo sequestrata est omnis iniquitas, vel pror-
sus relegata impietas, prout potui, re-
verenter advocavi, suscepi, dilexi, loca-
vi. Quibus in eodem Brysinch scilicet loco spiritaliter degentibus villas preti-
tulatas cum reditibus earum universis in usum liberrimum, et extunc in per-
petuum quasi pauperibus Christi, pau-
per ipse sine ulla contradiccione de-
legavi. Quas ergo oblaciones nostre devo-
cionis pias et ut speramus a Domino acceptas, ac in membrana litteris si-
gnari voluimus ad noticiam successo-
rum nostrorum, ut inviolabile robur obtineant per succedencia tempora, ce-
ram ipsi imprimi precepimus insigni-
tam sigillo nostre dignitatis et autho-
ritate Domini Jesu Christi, nec non et principum apostolorum Petri et Pauli, ac Domini nostri D. Eugenij Romane se-
dis episcopi, et omnium orthodoxorum patrum et nostri banni sentencia eis con-
summacionem illibatam indicimus, ne quisquam vel magnificencie homo, vel

potencie presumat supradicta donaria aliqua racione alienare ab ecclesia, cui donata a nobis santa authoritate con- sistant. Si quis autem in tantam mentis sue cecitatem cecciderit, ut post hanc nos- tram confirmacionem a Deo terribilem predictam oblacionem quocumque modo inquietare presumpserit, sciat se cum Iuda proditore Domini nostri Iesu Christi sentenciam eterne damnacionis subitu- rum, nisi forte penitencia ductus cuncta ablata legaliter ecclesie restituat quam lesit cum omni composicione canonica. Obseruatoribus vero ac amatoribus huius nostri instituti sit Dni pax et pium gau- dium cum omnibus sanctis nunc et per in- finita secula. Facta est autem hec oblatio siue donacio nostre humilitatis anno M. C.L.IIIJ. prime sedis pontificale regimen te- nente Dno digno ac vere beato Eugenio, nec non Boleslao, Mescone, Henrico germanis fratribus principatum in Polonia tenentibus, multis astantibus nobilibus, quorum hec sunt nomina Ego Ioannes Archiepiscopus et Clemens frater meus, Dnus Iaczo, Mi- chora, Mechizlaus, Martinus, Zbiluit, Ni- cholaus Tribunus, Comes Bogemelus. —

Kopiarz przyw. Jędrzejowskich
fol. 1.
A. Z. Helcel: O klasztorze Jędrze-
jowskim. 1852 - str. 133.



1154.[5] Papież Hadrian IV posiadłości biskupstwa wrocławskiego zatwierdza i onez w swą opiekę przyjmuje.

Adrianus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Gualtero episcopo Wratislaviensi eiusque successoribus canonice substituendis. In eminente apostolice sedis specula disponente Domino constituti fratres nostros episcopos tam vicinos quam longe positos fraterna caritate debemus diligere et ecclesiis, quibus domino militare noscuntur, suam iusticiam conservare. Eapropter venerabilis in Christo frater Episcope, tuis iustis postulacionibus clementer annuimus, et ecclesiam Wratislaviensem, cui Deo auctore prees, sub beati Petri et nostra proteccione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presenciarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largicione

./.
regum uel principum, oblacione fi-
delium seu aliis iustis modis Deo pro-
picio poterit adipisci, firma uobis
tuisque successoribus et per uos ei-
dem ecclesie illibata permaneant.
In quibus hec proprijs duximus ex-
primenda vocabulis ciuitates, castel-
la, villas, turres et plebes Trecen, Tes-
cin, Gradice, Golenziceske, Otemochaw,
Bradice, Barda, Nemechi, Gramolin,
Gradice, Ztrigom, Zpini, Valan, Go-
dinice, Szoboleztke, Glogav, Serezko, Mi-
lite. Hec predicta loca singula cum
omnibus pertinencijs earum, terras
quoque cultas et incultas, seruos ac
ancillas, et cetera; que iuste et legit-
time eidem ecclesie pertinent, Abba-
ciam sancti Martini cum pertinen-
cijs suis, castellum Othemochow cum
pertinencijs, castrum Milich ad vsus
fratrum supradicte ecclesie deputa-
tum cum pertinencijs suis, forum de
Trebnice, quod Circuice translatum
est, duas villas vna, que vocatur
Cachenus, altera Pobrino, villam, que
est sita inter Muchbor et Selenza, ex
./.

./.
dono Korane villas hereditatis sue qua-
tuor, vnam in montibus, alia iuxta
vadum, quod dicitur Lau, terciam
iuxta Borek, quartam iuxta aquam,
que dicitur Olaua, quintam, que vo-
catur Grozesseuici cum hominibus, quo-
rum hec sunt nomina Groges, Paulus,
Dobrenca, Suc, Korvad, Radost cum
duobus filijs, et Miloslau, quos om-
nes cum dux Mesico conuictos deci-
mos Gedchenses uellet abducere, cum
voluntate et assensu fratris eius Boli-
zelaui ducis, coram nobilibus tocius
Polonie eidem ecclesie restituit, in
morte eciam omnia sua, que iuste
possidere videbatur, seruos scilicet et
ancillas, curtem intra ciuitatem cum
pertinencijs suis, ex dono Sibin duas
villas, vnam que dicitur Hvrouici,
alteram iuxta Vidav. Ex dono Suli-
zelaui duas villas, vnam in monti-
bus, que dicitur Sulizclauici, alte-
ram Cochechov. Ex dono comitis Lu-
tizlai vnam iuxta montem Ruzoua.
Ex dono comitis Tedleui vnam iuxta
Calis. Ex dono comitis Wlaż tres, Gele-

more "in monte"

./.

./.


nino, iuxta Borech, aliam iuxta Chu-
rouin, terciam, que vocatur Zcriouo
iuxta Pagenchno. Homines eciam, quos
dux Mesico cum hereditatibus suis
ecclesie uestre restituit. Ex dono du-
cis Boleslaui quinque rusticos, quo-
rum nomina sunt hec: Oiros, Syma,
Wertis, Milecs, Vilds. Ex dono comitis
Woizlai villam super vadum Zuni-
grod cum villis adiacentibus Char-
bei Wlenilci. Ex dono comitis Zla-
uonis villam iuxta Rado, que voca-
tur Zlauno. Villas ecclesie beati Io-
hannis, Sposouici uidelicet, Venzoui-
ci, Ozorentici, Smarcouici, Citeuici,
Drogotici, Gorice, Ztreganouici, Bisco-
pici, Chitinchici, Scoteuici, Rendisse-
uici, Borstech cum hominibus, Gre-
meza cum filijs Bogdas et Suloiu
iuxta Goztech, Bristleuici, Selun, So-
rauini, Carinthagora dicitur, villam
eciam super riuulum, que Sorauina
dicitur, villam, que Chiresne dicitur,
villam que vocatur Iascotele, villas
Thessen, Grochouisca, Gelenow, Nalcho,
Circuicio iuxta Cozli, Circuicio super


./.

aqua, que Dragina vocatur, et vil-
lam iuxta Sandouil, que Gora di-
citur. Decernimus igitur, ut nulli
omnino hominum liceat prefatam
ecclesiam temere perturbare, aut
eius possessiones auferre, uel ablatas
retinere, minuere aut aliquibus ve-
xationibus fatigare, sed omnia inte-
gra conseruentur, eorum pro quo-
rum gubernacione et sustentacione
concessa sunt, usibus omnimodis pro-
futura, salua in omnibus apostoli-
ce sedis auctoritate. Si qua igitur
in futurum ecclesiastica secularisue
persona hanc nostre constitucionis
paginam sciens contra eam temere
venire temptauerit, secundo tercioue
commonita, si non satisfaccione con-
grua emendauerit, potestatis hono-
risque sui dignitate careat, ream-
que se diuino iudicio existere de per-
petrata iniquitate cognoscat et a
sacratissimo corpore et sanguine dei
redemptoris nostri Iesu Christi alie-
na fiat, atque in extremo examine
districte ulcioni subiaceat. Cunctis

aütem eidem loco iüsta seriiantibüs sit pax domini nostri Iesü Christi, qüatinüs hic früctüm bone accionis percipiant, apüd districtüm iüdi-cem premia eterne pacis inüeniant. Datüm Rome apüd sanctüm Petrüm per manüs Rolandi sancte Romane ecclesie presbyteri Cardinalis et can-cellarij viiij kalend. Maij, Indiccio-ne iij, Incarnacionis dominice anno millesimo centesimo qüinqüagesimo qüarto, Pontificatüs vero domini Adriani pape iiij anno primo.

Heyne: Geschichte des Bisthüms Breslaü. p. 105.





1155.

Papież Adrian IV posiadło-ści klasztoru Augustyanów w Czermińsku w swą pieczę przyjmuje.-

Adrianus episcopus servus seruorum dei dilectis filiis Guidoni priori ecclesie bea-te Marie in Cirvenzk eiusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Officii nos-tri nos ammonet et invitat auctoritas, pro ecclesiarum statu satagere et earum quieti ac tranquilitati salubriter auxi-liante domino providere. Dignum nam-que et honestati conueniens esse dinosci-tur, ut qui ad ecclesiarum regimen as-sumpti sumus, eas et a pravorum ho-minum nequicia tueamur, et beati Pe-tri atque sedis apostolice patrocinio mu-niamus. Ea propter, dilecti in domino filij, vestris iustis postulacionibus cle-menter annuimus, et prefatam ecclesiam in qua diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione sus-cipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque

possessiones, quecunque bona eadem ec-
clesia in presenciarum iuste et canonice
possidet, aut in futurum concessione
pontificum, largicione regum vel prin-
cipum, oblacione fidelium seu alijs
iustis modis, deo propitio, poterit a-
dipisci, firma vobis vestrisque succes-
soribus et illibata permaneant. In
quibus hec proprijs duximus expri-
menda vocabulis. In Ploxica preben-
dam Zaxichov, in Cirvenzk decimum
et nonum forum, decimam et nonam
marcam, decimam et nonam navim,
decimum poletrum, decimum diem
in clausura. Totum Lomina cum per-
tinentiis suis; Gostezlaw cum perti-
nentijs suis; [Scol]atove cum pertinen-
tijs suis; Targoscine cum pertinentijs
suis; Nasiedlzk cum pertinentijs suis;
caccabum in Segovend; Garvolionem
quam Bartholomeus comes cum uxo-
re et filio pro redemptione anime sue
ecclesie beate Marie devotionis intuitu
dedit et scripto suo firmavit; [forum]
in Cohov ex dono Henrici Ducis; Chro-
minnam totam; Scriseva cum lacu;

Chomissinam; Gudiuam; Parlin. Decer-
nimus ergo, ut nulli omnino hominum
liceat prefatam ecclesiam Cervenensem
perturbare, aut eius possessiones aufer-
re, vel oblatas retinere, minuere aut
aliquibus vexationibus fatigare; sed
omnia integra conseruentur eorum,
pro quorum gubernacione et susten-
tacione concessa sunt usibus omni-
modis profutura; salva sedis apos-
tolice auctoritate et Masoviensis epis-
copi canonica iustitia. Si qua ergo
in futurum ecclesiastica secularisve
persona hanc nostre constitutionis
paginam sciens, [contra eam] temere
venire temptaverit, secundo tertiove
commonita, si non satisfactione con-
grua [emendaverit], potestatis honoris-
que sui dignitate egeat, reumque se
diuino iudicio existere de perpetrata
iniquitate cognoscat, et a sacratissi-
mo corpore ac sanguine dei et domi-
ni redemptoris nostri Iesu Christi a-
liena fiat; atque in extremo exa-
mine districte ultioni subiaceat. Cunc-
tis autem eidem loco iusta servanti-
bus, sit pax domini nostri Iesu Christi;

quatenus et hic fructus bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. amen. amen. (S.) Ego Adrianus catholice ecclesie Episcopus ss. Ego Guido presbyter cardinalis tituli ss. Ego Imarus Tusculanus episcopus ss. Ego Odo Diaconus Cardinalis sancti Georgii ad velum aureum ss. Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss. Ego Aribertus presbyter cardinalis tituli sancte Anastasie ss. Ego Iulius presbyter tituli sancti Marcelli ss. Ego Odo Diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano ss. Ego Octavianus presbyter cardinalis tituli sancte Cecilie ss. Datum Rome apud sanctum Petrum per manum Rolandi sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis (et cancellarij, XIIII) kalendas Maij, Indictione III Incarnationis dominice anno M°C°L°V°. Pontificatus vero domini Adriani pape IIII anno primo.

Rzyszczewski: Codex diplomat. Poloniae. I. 8.

1159.

Wojciech, biskup pomorski zatwierdza i oznacza posiadłości klasztoru w Grobie.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ego Adelbertus Pomeranorum primus Episcopus omnibus tam presentis quam futuri temporis veritatem et justiciam requirentibus. Constat et manifestum est cunctis luce rationis vtentibus nostrum esse et ad nostri pontificatus discretionem spectare. impietatis opera inhibere et improbare. pietatisque studia comprobare. et quo valemus munimine firmare. Ergo freti Cristi auctoritate cuius legatione in terris fungimur. similiterque illius cui dixit. quecunque ligaueris super terram erunt ligata in celis et cetera que sequuntur. quoscunque vsus seu quecunque bona dominus Ratiboro cum pia conjuge sua Pribizlaua. ecclesie sancte Marie sanctique Godehardi in Grobe. Dei in-

./.

tuitu pietatisque affectu tradiderunt eidem ecclesie et fratribus ibidem se„ cundum regulam sancti Augusti„ ni Deo seruientibus. priuilegio nos„ tro confirmamus. sunt autem hec. In prouincia Wanzlo ipsa scilicet villa Groben cum appendiciis suis et taberna. et in ipsa media pro„ uincia forum et taberna. Thelone„ um quoque de nauibus que trans„ eunt per aquam juxta castrum Vznam. In prouincia Scithene due ville Rochouiz et Corine. et tertia pars ville Slauboriz. et in eadem pro„ uincia forum et taberna. In pro„ uincia Grozswina villa Doblouitz et in foro eiusdem prouincie taber„ na. Iuxta castrum Stetin super Oderam villa vna Zelechoa. Et an„ te castrum Viduchoua super ean„ dem Oderam situm tertiam partem thelonei de omnibus nauibus ibi„ dem transeuntibus. et piscaturam in fluuio Thiczminize. et dimidia piscatura in torrente Crisinice. que pertinet ad villam Dambagora. In

prouincia quoque Sliwin que perti-
net ad castrum Camyn villa vna
super mare Pustichow. In Coluberch
census salis de sartaginibus domi-
nica die. et ante ipsum castrum
taberna et in eadem prouincia
due ville Poblote et Suclube et thelo-
nium de ponte scilicet de vnoquo-
que curru qui transit per eum
duo denarii Poloniensis monete et
panis. et de vnoquoque viro ibidem
sal coquente et per eundem pontem
transeunte denarius cromatorum.
et ante ipsum pontem taberna. et
de alio ponte super ripam Radua
simile theloneum et dimidius census
lignorum que vehuntur per fluuium
Parsandi. Item in castro Belegarde
taberna vna et tercius denarius de
theloneo plaustrorum ibidem trans-
euntium. Hiis bonis siue benefi-
ciis etiam et nos addimus omnem
decimationem seu iustitiam. que
nobis debetur in villis ejusdem eccle-
sie. et perpetuo iure donando eidem
ecclesie et fratribus in ea Deo seruien-

tibus confirmamus. Hec si quis te-
merario ausu predicte ecclesie et fra-
tribus secundum regulam sancti
Augustini et institutionem sancte Pre-
monstratensis ecclesie ibidem Deo ser-
uientibus infirmare. imminuere.
vel quocunque studio attemptauerit
defraudare. sit anathema marana-
tha. Acta sunt hec in castro Uznam
coram principibus Bugozlauo et
Kazimero fratre ejus. et aliis nobi-
libus terre ipsius. Ostrobodo scilicet
castilano predicti castri. et Domni-
zlao fratre eius. ceterisque quam
plurimis tam ipsius prouincie quam
aliarum qui eodem tempore presen-
tes erant omnes idonei ad perhi-
bendum acte rei testimonium. Acta
sunt itaque hec anno dominice in-
carnationis millesimo centesimo
quinquagesimo nono. Epacta nulla.
Indictione octaua. concurrente ter-
cia. sexto idus Iunii.-

Dreger: Codex pomeraniae
diplomat. p. 5.

1161.


Bolesław Kędzierzawy uposaża kościół Panny Maryi w Czerwińsku, niektóremi posiadłościami.

Notum sit omnibus, tam futuris quam presentibus, quod ego Boleslaus, beneficio Dei Dux Polonie nominis huius noncupatione quartus, pro remedio anime mee, jure perpetuo ecclesie S. Dei genitricis Marie in Czerwinsk hec possidenda dedi, scilicet Zaskowie, cum omnibus suis appendentiis, Pomnichowo, pariter cum omnibus appendentiis, Komsinam cum omnibus, Parlin, cum Radoszewice et Nedan cum suis filiis in posterum. Ego insuper hec Henricus ejusdem Boleslai frater germanus, eidem ecclesie dedi scilicet Zuzelam, cum tabernariis et transitu, Zduny cum sorte sua et aliis sortibus duabus cum appendentiis. Acta sunt hec in consecratione Lanciciensis ecclesie XII Calend. Junii, Anno ab incarnatione Domini Millesimo Cente-

simo Sexagesimo primo. Presentibus Polonie Ducibus Casimiro et filio Ducis Miesconis Udone. Presentibus etiam terre eiusdem episcopis, Archiepiscopo videlicet Ivanne, Matheo Cracovien. Valthero Vratislavien. Vernero Masovien. Onoldo Crusvicien. Presentibus etiam terre nobilibus, scilicet Domino Tascone, Sventoslao, Syra, Iano, Iassino, Ilic, Gnevomiro, Gregorio comite, Romano, Stephano cum filiis Seberonis, Christino et Ottone, Sebero Nautina, cum fratribus, Martino Sulchoniak, Przedslao Udone, Dobeslao, Racibor, Bezdron, Martino, Cristino, Vito Sventopelk fratris, et aliis quam pluribus tam clericis quam laicis. Quicunque autem hec supra dicta dona violaverit, a Deo et a cunctis episcopis, et a cuncto clero excommunicatus sit, in hoc seculo et in futuro, et in ferno sit possessio eius. Amen.

syn Sulka = 1105 Tyniec

Gawarecki: Pamiętnik historyczny Płocki. str. 1.–



1163.

Kazimierz Sprawiedliwy Wichfridowi - Sącz, Oświęcim i Siewierz wolne od danin w dożywocie nadaje.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Notum sit tam presenti-bus quam futuris dominum Vichfri-dum eduxisse de terra sua Theutonie, per ducem Casimirum cracoviensem et sandomiriensem, ac tocius Polonie. Dic-ti vero Vichfridi erat auus nomine Lamfridus, pater Borgosii quidam marchio coloniensis provincie. Ego dux Casimirus dei gracia cum fue-ram terre Theutonie voluntatem su-am gerens, dictus Lamfridus auus Vichfridi, mihi sua castra comman-dauit et sua bona. Propter tam bo-nam satisfaccionem intuitu diuine miseracionis, Ego dux Casimirus con-uocatis suis baronibus in Cracouia, sua miseracione et consilio proborum virorum, dicto Vichfrido filio Bor-gosii, contuli scilicet, Sandesch, Oswe-cim et Sewor, ista tria castra usque

ad mortem. Insuper dedi et heredi„
tates et in eis libertatem, que cum
potest excipere ab omni excepcione
iuris Polonici ad dominum ducem
pertinentis et posteris suis sicut nun„
cupatur. Nullum prewod ducat, non
prouocari coram iudice castri, nec
coram castellano, nec eciam coram
palatino, sed tantum coram domino
duce, non camerario, sed annulo
dicti ducis, et eciam homines sui in
hereditatibus eorum et ubique ac„
qüirint et posteri sui strozam non
soluant, nec stan, nec prewor, nec
custodem ad aliquas res ducis cu„
stodiendas, nec vaccam, et si con„
tigerit ducem aliqua urgente neces„
sitate stare in tuo, nec educas nec
pascas. Et quicquid pertinet de iure
ad dominum ducem, eum absolui„
mus et posteros ipsius, vel quicun„
que eos conuenit, ad castrum, ad
castellanum vel ad palatinum, pri„
mo ponat domino duci marcam au„
ri et ei marcam argenti finiti et
purissimi soluat, tabernam in suis

hereditatibus ubique ponat, et ubi-
cunque eius generacio acquirit, et
posteri sui, talem libertatem eis con-
ferimus usque in perpetuum. Eorum
nacioni quicunque nocuerit, uel de-
honestauerit XV soluat, et ne forte in
varietatibus temporum aliquando de-
ficiente insticia, posteritas ipsius,
ad exterminacionem linee nobilita-
tis sue aliqua opprimatur iniuria,
predictus Vichfridus has literas ro-
borando sigillo ducis Casimiri ad
memoriam conscripsit. Item dum
proprii homines se interficiuntur in
suis hereditatibus, comes recipiat pe-
nam et posteri sui. Et hec acta
sunt anno incarnacionis domini
M. C. L. XIII. sub horum testimonio:
Zyra palatinus Mazouie, Nicolaus
filius Slupote, Stapibor, Vitalis, Su-
lislaus, Sulek, Nedzwedzki; Floria-
nus qui priuilegium conscripsit. —
Et ut hoc tam presentes, quam fu-
turi ratum habeant, nostri sigil-
li munimine roboramus. Quicun-
que huius scripti violator fuerit.

aut frater meus, aut filius meus, aut aliquis palatinus, maneat super animam eius in die iudicii. amen. –

Lelewel: Polska dzieje i rzeczy jej. Tom IV. 1851 str. 134.
Okolski: Orbis Polonus. T. II str. 110. 111.

1165.

Bolesław Kędzierzawy uposaża klasztór św. Jana ewangelisty w Mogilnie i posiadłości jego wylicza.

In nomine sancte ac indiuidue trinitatis Amen. Animaduertat hoc testimonii veritas omnis ecclesia religionis, quod ego Boleslaus exempla fidelium secutus, quatenus cum defecero, recipi merear in tabernaculis iustorum, contuli de omnibus ad me pertinentibus, ecclesie Mogylnensi sancti Iohannis ewangeliste, transitus omnes per Wysslam de Camen usque in mare; transitus Nauchre in Vizna et in Macow, et per totam Mazouiam nonum forum, nonum denarium, nonum porcum, nonum poledrium, nonum piscem sum largitus; quod ne quis ulterius irritum faciat, auctoritate Dei omnipotentis sit prohibitus. Et hec sunt nomina castrorum: Grudomzch, Zacrochin, Sirozch cum medio thelonco per fluuium Bug;

Ryszin, Stelkin, Sesrech, nowy Rad-
czez, Oselzch, Siremdzco, Cechonow,
Stelszco, Grzebesco, Nasilzco, Visegrod,
Ploczk, Dobrin, Wlodislaw, Prispust,
Slonzch; in Lansin X marcas, in Slu-
timir VII marcas, in Woyborz IV mar-
cas, in Sarnow duas marcas et di-
midiam, in Rospir VII marcas. Hec
autem nomina villarum prenotan-
tur, quas contulimus cum omni
libertate et jure ecclesie sepedicte
sancti Iohannis ewangeliste in Mo-
gylna: Cyrnenzch, Chrenow, Bolmo,
Velerich, Tossowo, Cromnow, Golum-
bino; ecclesiam sancti Laurencii
in Ploczch; item in Belzco. Eccle-
siam sancti Iohannis Baptiste
cum ipsa villa prenotata, foro, ta-
bernis, targowe, et cum omni liber-
tate; ecclesiam sancti Iohannis in
Wladislaw, in Culmine, novum fo-
rum cum tabernario. Clescitaru,
Cechre, Dalochowo; Opatkowo, Vo-
iucino, Talecino, Macewo, Lubesse-
vo, cum medio lacu, Radente cum
fluuio ex utraque ripa, Charno-


Nihil per medium, Olse, Bistrica, Za-
bno, Chelsco, Sedne, Vecanovici, Lezno,
Steglino, Domanino, Subino, Bvcda-
novo, Sciberco, Chuchanovo. Eccle-
sia sancti Iacobi in Mogylna,
quam fundauit Sbylud miles, ad-
dens eidem ecclesie hereditatem
Bogusino. Item aliam ecclesiam
in honore Beati Clementis, miles
magnus Dobrogostius, addens ei-
dem ecclesie hereditatem Padne-
vo, cum consensu amicorum suo-
rum edificauit. Item Paulus et
Zema fratres dederunt duas vil-
las Lyza et Rypnicz. Item Odo-
lan dedit Socolovo. Item Andre-
as Gocanovo. Item ego Boleslaus
adiciens predictis, notum esse vo-
lo concambium villarum, quod
feci cum Mogylnensi Abbate Men-
gosio: villam enim Ramglow ab
ipso accepi, et homini meo Naz.. an
petenti contuli, pro qua villam
Crite cum medio lacu et fluuio
per medium eidem Abbati et ec-
clesie Mogylnensi tradidi. Sed


quia hec recompensacio sufficiens
esse non videbatur, sortem Cura-
ni cum eodem Curano et filiis
suis addidi, et in nomine virtu-
tis Iesu Christi confirmaui. Item
hec sunt nomina seruorum ascrip-
ticiorum, quos eidem ecclesie con-
tuli cum omni iure: Vygnan cum
tota consanguinitate sua, Radeg,
Sulenta cum congeneracione sua,
Zavisl, Radic cum congeneracio-
ne sua, Volis, Zabor, Nadeg, Zam-
dan, Doman, Domamir, Syla, Ne-
sul, Sulin cum fratre suo, Nesda
cum congeneracione sua, Chalsa
cum fratribus, Godes cum fratre
suo, Calic, Sulimir, Milon, Vezan
cum filiis, Poznomir, Cechon, Be-
lin, Sulen cum fratre suo, Ne-
rad cum fratre suo, Throsda
cum fratre suo, Sulidad cum
filiis suis, Bezon cum fratre
suo, Budis, Bonec, Riben cum
fratre, Unimir, Zabor, Radost,
Zemir, Zyra, Vitost cum fra-
tre suo, Cirnec, Sciza, Selistrig,

Targossa, Gromis, Zdema cum fratre suo, Pozar, Golandin, Rucanca, Stepan, Sulimir, Vyzcan, Domassul cum fratribus suis, Nedamir cum filiis, Sdan cum filiis, Pribislav cum filiis, Bocdan, Michael, Stanec cum fratre suo, Rados. Item homicidia tam inter duos ascripticios, quam inter duos liberos, vel ex una parte liberi et ex altera ascripticii villarum supradicte domus, per totum eidem ecclesie cedant. Ne ergo hec mea liberalis et salubris donacio ad honorem omnipotentis Dei et sancti Iohannis ewangeliste ex intimo affectu collata, aliqua temeritate infringatur, sed ut a me et a meis posteris inviolabiliter observetur, presentem litteram precepi sigilli mei munimine et subscripcione testium confirmari. Actum et datum anno incarnacionis Dominice M° LX° V° III Idus Aprilis, in Ploze. Presentibus venerabili patre Ale-

xandro Plocensis ecclesie Episcopo, Principe milicie Wesborio, Iohan-ne Cancellario, Procuratore Troya-no Wysna, Iohanne Canonico Plo-censis ecclesie, Valtero eiusdem ec-clesie canonico, et aliis quam plu-ribus fide dignis et honestis. –

Helcel: List otwarty do Aug. Bielowskiego str. 49
Bielowski: Monumenta Po-loniae histor. I str. 359.






1167. Zamiana wsi Złota i Łoeuici na wsie Skotniki i Zwinsici między Marią, żoną Bolesława Kędzierzawego a kapitułą krakowską. –

Anno MCLXVI. Regnante in polonia sere-
nissimo duce Bolezlao, Mysicone, Casi-
miro. Quartus eorum frater dux Henri-
cus sine herede defunctus est. Cuius terre
portio in tres partes diuisa est. Elegan-
tior pars. et sedes dominii eius. uideli-
cet Sudomir. Bo.(lezlao) maiori fratri
cessit. Eodem etiam anno et eadem die.
Matheus bone memorie Kracouiensis e-
piscopus in Christo obiit. Cui protinus
diuina ac humana electione Gedco
successit. Primo igitur consecracionis sue
anno. venerabilis coniunx secunda. du-
cis. Bo.(lezlai) nomine Maria. duas
villas beati venceslai. Zlota uidelicet et
loeuici preter tabernam et decimam ad
ecclesiam Beati petri in sudomir per-
tinentes. sibi cambiri ab episcopo expo-
stulauit. Nec mirum quoniam uarietas
delectacionum hominum multiplex est.
Sed ne quis uiolenciam illatam fore

existimet. notum facimus tam presenti„
bus in Christo uiuentibus quam nostris
successoribus hoc actum esse communi
consensu capitolij nostri. pro cambio
harum duarum uillarum Scotnici et
Zvinsici. et pro silua trans fluuium si„
ta. nomine Radoband. Facta est igi„
tur huius concambij confirmacio anno
MCLXVII. secundo Kal. Januar. in ipsa
ciuitate Krac. presentibus personis eius„
dem ecclesie uidelicet uiro uenerabili lam„
berto decano. arnoldo archidiacono. ma„
gistro amilio. custode hannibale. canto„
re Bogdano. Paulo canonico. Stepha„
no dapifero. et aliis quam pluribus ho„
nestis uiris. Quisquis autem huius nos„
tre confirmacionis temerator extiterit et
sua persumpcione adnihilare temptaue„
rit nisi supradicte uille Beati vence„
zlai restituantur. perpetuo anathema„
te atque excommunicacione dampnetur
et cum impiis qui non resurgunt in
iudicio reputetur. omnipotentis scili„
cet dei patris et filii et spiritus sanc„
ti contra se senciat iram, Orbis terra„
rum pugnet contra eum. et cuncta ele„

menta sint ei contraria. et omnium sanctorum merita quiescencium illum confundant. et in hac uita super eum apertam uindictam ostendant. Obseruatores uero huius statuti. dei omnipotentis gracia protegat. et auctoritate Beatorum apostolorum petri et pauli ab omnium peccatorum uinculis absoluat. amen.-

Gładyszewicz: Żywot Prandoty, str. 203.



Jan arcyb. gnieźnieński i Gedko biskup krakowski uposażają dziesięcinami i wsiami klasztór Jędrzejowski.


In nomine Domini. Ego Ioannes Archiepiscopus Gnesnensis notum facio presentibus et futuris me dedisse Ecclesie S. Adalberti in Andreiow in consecracione eiusdem Ecclesie decimam quinquaginta aratrorum, quam postea assignavi in villis illis tunc temporis ad mensam meam pertinentibus, quarum nomina subdita sunt. Zlotnici, Skotnici, Rambiescici, Lasochowici, Zarcici, Zdanowici, Chacheuici, Brzezno, Brech. Dedi eciam cum eadem decima eidem Ecclesie et Fratribus in ea Deo servientibus hereditatem totam, quam habui ex parte cognati mei, cui nomen erat Zmil filij Bozate, hoc est, Viazd, Zesie, Boloniam, Blotnici, Lanche, Scowrodne, Camienci. Addidi eciam villas quas emeram Dzierezna, Buskow, Tropiszow, Bella, Besdm. Quicunque igi-

tur aliquid de istis omnibus abstulerit vel dempserit, preter voluntatem Abba- tis et Fratrum, Anathema sit. Amen.

In nomine Domini. Ego Gedeo Craco- viensis Episcopus dedi Deo et B. V. Marie et S. Adalberto, et Fratribus de Andreow in consecracione illius eccle- sie decimam ad mensam meam per- tinentem omnium suprascriptarum villarum et in Episcopatu meo dun- taxat positarum. Addidi etiam de- cimam ville cuiusdam, que sedet su- per Nidikam, in qua sedent kona- rij due, hoc est inter villam filiorum Bugiwoi, et villam Nigozlai. Qui- cunque igitur aliquid de istis omni- bus abstulerit vel dempserit, preter vo- luntatem fratrum et Abbatis, ana- thema sit. Utriusque suprascripte donacionis testis est, D. Dux Mesco. D. Kazimirus, Abbas Tinecensis Hil- debrandus, Abbas de Caluo monte Milianus, Abbas de Seciechow Ar- noldus, Abbas de Lochna Simon, Dominus Tiax, D. Zetozlaus, Gneo-

÷ mirus, Stephanus, Jacobus, Joannes, Clemens et multi alij.

Kopiarz przyw. Jędrzejow. fol. 9 v.




Legat Rajnald poświadcza, iż Gedko biskup krakowski opatowi Kalikstowi dziesięcinę Wawrzeńczyc dał w dożywocie.

Ego Reinaldus apostolice sedis legatus, Cum in Synodo que in yezow in Octaua Epiphanie celebrata est cum Episcopis et Abbatibus et ceteris Polonie personis con-scenderem et Abbas sancti Vincencij Calixtus videlicet alio vero nomine Qualis dictus pro decimis de Laurencic super Episcopum Crac. Gethconem virum honorabilem querimoniam fecisset, et suo eas iure nec racione aliqua uel testibus vendicare posset a prefato Episcopo non sine precum instancia impetraui, quatenus iam dictus Abbas decimas de quibus agebatur sub obtentu gracie personaliter ad tempus obtineret, personaliter vero dico et ad tempus, ut ei tantummodo dum viueret et non ecclesie ipsius concessa credatur. Ne ergo de cetero post decessum eius a successore ipsius uel eiusdem ecclesie fratribus contra Dominum Cracouien. uel successorem eius pro sepedictis decimis

querimonia moveri posset quod me me-
diante et impetrante terminatum est,
scripto et sigillo confirmare decrevi. –

Władyszewicz: Żywot Fran-
doty. str. 198.



1168.

Konrad I biskup pomor-ski zatwierdza i oznacza po-siadłości klasztoru św. Gotar-da w Probie.

In nomine sancte et indiuidue Tri-
nitatis. Ego Conradus Dei gratia
secundus Pomeranorum Episcopus.
Omnibus tam presentis quam fu-
turi temporis veritatem et justi-
tiam requirentibus. Constat et ma-
nifestum est cunctis luce rationis
utentibus nostrum esse et ad nostri
pontificatus discretionem specta-
re. impietatis opera inhibere et
improbare. pietatisque studia com-
probare et quo valemus munimi-
ne firmare. Ergo freti Cristi auc-
toritate cujus legatione in terris
fungimur similiterque illius cui
dixit quecunque ligaueris super
terram erunt ligata et in celis
et cetera que sequuntur. Quos-
cunque usus seu quecunque bona
dominus Ratiboro cum pia con-
sorte sua Pribizlaua. siue succes-

sores ejus Bogozlauus et Cazime-
rus ecclesie sancte Marie sancti-
que Godehardi in Grobe. Dei nu-
tu et pietatis affectu tradiderunt
fratribus ibidem secundum re-
gulam sancti Augustini Deo ser-
uientibus. priuilegio nostro con-
firmamus. Sunt autem hec.
Ipsa ecclesia in qua Deo deser-
uiunt et villa Grobe cum omni-
bus appendiciis suis. Ante cas-
trum Vznam decem marce de
taberna annuatim et thelone-
um forense. Theloneum quoque
de nauibus ante idem castrum
in lacu magno transeuntibus.
Item in eadem prouincia scili-
cet Wanzloue villa Bresiz vil-
la Minuchowe. villa Sikerina.
singule cum appendiciis suis.
scilicet agris et pascuis pratis
et piscium clausuris. In prouin-
cia etiam eadem villa Wresteuiz
cum alia terra quorundam Sla-
uorum. In prouincia Grozwina
villa Doblouiz et in foro eiusdem


prouincie decem marce de taberna
annuatim. In prouincia Gozchowe.
villa Spaceuitz villa Dolpowe. villa
Mireuitz villa Cossozuwe. villa Pros-
sizouwe. villa Solathkeuiz, cum
terminis earum cultis et incultis.
In prouincia Scitene forense thelo-
neum et taberna. tercia quoque
pars ville Sclauboriz et villa Co-
rene. In prouincia quoque Vera
villa Gramsowe cum ecclesia et
omnibus terminis ad ipsam vil-
lam quaqua versum pertinen-
tibus. Iuxta castrum Stetin su-
per Oderam ville due cum ap-
pendiciis suis Zelechowa et Tepli-
nino. Ante castrum Viduchowa
super eandem Oderam situm
tercia pars thelonei de omnibus
nauibus ibidem transeuntibus
et piscatura in fluuio Thicmi-
nice. dimidia quoque piscatu-
ra in torrente Crisinice que
pertinet ad villam Dambagore.
In Choluberch census salis de
sartaginibus dominica die et

ante ipsum castrum sex marce de
taberna et due domus ad qua-
tuor sartagines. et in eadem pro-
uincia due ville Poblote et Suclu-
be et theloneum de ponte scilicet
de vnoquoque curru per eum
transeunte duo denarii et panis.
et de quolibet homine salem ibi
coquente et per eundem pontem
transeunte denarius cromatorum
et ante ipsum pontem taberna.
Et de alio ponte super ripam
Radua simile theloneum, et di-
midius census lignorum que
vehuntur per fluuium Parsandi.
In castro Belegarde taberna una
et tercius denarius de theloneo
plaustrorum ibidem transeun-
tium. Rursus in prouincia su-
pra memorata Scitene super ri-
uum Ribeniz villa una cum
omnibus appendiciis et loco mo-
lendini. In prouincia quoque
vicina que dicitur Lessan vil-
la Reuene cum terminis suis et
super riuum Bebroa locus mo-

tendini. Item in castro Pozdewolk
ecclesia forensis cum villa una Bu-
dessina. Hiis bonis siue beneficiis
etiam nos emulantes piam deuo-
tionem beate memorie viri Alber-
ti predecessoris nostri. adiicientes
omnem decimationem seu justi-
ciam que nobis debetur in vil-
lis ejusdem ecclesie et perpetuo
iure donando confirmamus
ipsi ecclesie et canonicis in ea
Deo seruientibus. Si quis autem
hec temerario ausu eidem ec-
clesie et fratribus secundum re-
gulam sancti Augustini et in-
stitutionem sancte Premonstra-
tensis ecclesie ibidem viuenti-
bus. infirmare. imminuere vel
quocumque studio defraudare
attemptauerit. sit anathema
maranatha. Acta sunt hec su-
per introitum fluminis Ukren-
sis in presentia tocius populi
terre conuocati illuc ad conci-
lium. Istis specialiter vocatis
in testimonium. Domino Taczo-

ne. Domino Bogozlaŭo. Domino Cazimero principibuŭs. Domino Wartizlaŭo Castellano de Stetin. Zaŭist castellano Caminensi. Venzeslaŭo castellano Juliensi. Gustizlaŭo castellano Uznomien-si. Dirskone castellano Dimi-nensi et Budowoy cognato eiŭs. anno dominice incarnationis M°. C°. LXVIII°. indictione secun-da.

Dreger: Codex pomeraniae diplomat. p. 7.



1170.

Kazimirz I ks. pomorski uposaża zakonników, którzy następnie klasztór Belbog założyli.


In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Notum fieri volumus tam presentibus quam et posteris fidelibus. Quod ego Kasemarus Dei gracia princeps et Dux Slauorum fratribus ecclesie sancte Trinitatis de Lundis in terram nostram venientibus dedi in perpetuam elemosinam vndecim villas juxta Regam fluuium sitas cum omnibus vtilitatibus et appendiciis suis libere et quiete et sine omni exactione soli claustro ibidem construendo perpetualiter seruituras. nomina vero villarum sunt hec. Gunbin que sola culta est. Wistrouecc. Miroslauece. Wischou. Karcene. Darsuue. Brosamuste. Drosdowe. Kynowe. Harchouue. Strigoline. Hec decem ville licet inculte amenitate tamen situs vbertate glebe. venationis. aucupationis et piscationis copia et prato-

rŭm abŭndantia cŭltis circŭm-
jacentibŭs non cedŭnt ipsa enim
terra et circa eam maritima loca
sŭnt fertilissima frŭgŭm ac peco-
rŭm et piscium et silŭosa et sicŭt
scribitŭr de terra repromissionis lac-
te et melle manantia. Medietatem
etiam portionis claŭsŭre piscium
in flŭŭio qŭi Rega dicitŭr fra-
trŭm refectioni dedimŭs cŭm me-
dietate stagni nomine Niflose et
villa piscatorŭm adjacente. eidem
ecclesie contŭlimŭs ecclesiam in Tri-
betoŭ post discessŭm presbiteri qŭi
modo in ea ministrat. Concedimŭs
preterea ipsis fratribŭs ponere sex
sartagines in Cholberga ad vsŭm
salis ab omni exactione jŭre per-
petŭo liberas. Ista ad inceptionem
predicti cenobii contŭlimŭs. ita li-
bere. qŭod qŭicŭnqŭe eos seqŭi de
terra sŭa volŭerit et fratribŭs ad-
herere ab omni seruicio nostro et
exactione liber sit tantŭm Deo et
ecclesie seruiat. Hec igitŭr omnia
fideliter implenda sigilli nostri

./.

impressione munivimus. Huius rei testes interfuerunt. Helvigus abbas de Stolp. Waltherius prepositus de Grob. Godefridus. Bartolomeus. Nicolaus. presbiteri. Johannes Castellanus de Dimine. Panten Mistizlawi. Nedamir de Walegost. Subemir Stodorchowiz. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.C.LXX. indictione X. super hoc etiam eis dedimus super hominem quendam Brattonem nomine tertiam dimidiam marcham nummorum et totam insulam in qua manent. -

Dreger: Codex pomeraniae diplomat. p. 10.



1172.

Bogusław I ks. pomorski zatwierdza klasztorowi w Stulpe posiadłości onemuż przez książąt Racibora I i Kazimirza I nadane.

Boguzlaus Dei gratia Pomeranorum Dux. Dilectis in Cristo fratribus et monachis in Ztulpa presentibus et futuris imperpetuum. Quoniam hominum facta per velocem cursum temporum et etatum obscurantur nisi scriptis autenticis posterorum memorie commendentur. idcico habundantis cautele suadet vtilitas. vt qui vult piis muneribus seu oblationibus aut donis anime consequi salutem. ipsa tradere non moretur per scripta noticie sue posteritatis. Hinc est. quod vos et quoslibet Cristi fideles scire cupimus. quatenus pie memorie pa-trinus ac predecessor noster Ratiborius. Katholicam religionem teneram adhuc et nouellam apud nostrates plantare studuit et confortare. qui inter cetera pietatis opera pro salute animarum tam ipsius quam pa-

tris nostri Wartizlai qūondam a-
pūd locūm Ztūlp interfecti. et in ho-
norem Dei et beati Iohannis bapti-
ste in eodem loco. Ztūlp videlicet. ec-
clesiam fūndaūit. qūam etiam reddi-
tibūs et possessionibūs dotaūit et mo-
nachos ibidem sūb regūla sancti Be-
nedicti in nigro habitū Deo et sanc-
tis ejūs jūgiter ministrare disposūit.
Domino Alberto primo Caminensis se-
dis Episcopo cohortante. In vsūs e-
nim Ztūlpensis ecclesie et monacho-
rūm ejūs dedit ipsam villam Ztūlp
cūm thaberna et theloneo ejūs. ta-
bernam etiam in proūincia Grozwin
cūm dūplici theloneo scilicet. fori et
aqūe. qūe Ribeniz appellatūr. Post-
modūm vero defūncto predicto pa-
trūo nostro. cum omnipotentis Dei
clementia terre gūbernacūla nostre
potestati sūbdidisset. vniūersas dona-
tiones patrūi nostri Ratibori & fra-
tris nostri Kazimeri seū aliorūm
qūorūmlibet fideliūm ad nostram di-
tionem spectantiūm predicto cenobio
et ministris ipsiūs liberaliter assi-

quatas. gratas habentes et ratas. auc"
toritatis nostre priuilegio pium du"
ximus communire. Que cum pre"
dictis donationibus hiis vocabulis ex"
primuntur. In prouincia Vkra vil"
la Mokle. In provincia Grozwin
villa Gorka cum molendino. Pro a"
nima filii nostri Ratibori duodecim
marce in Vznom. In Cholberch pro"
uincia villa Ruzowe. et in taberna
ejusdem castri quinque marce. Do"
mus prope Starsan ad quatuor sar"
tagines. In prouincia Mezirech villa
Primziz. villa Parpatno. Villa Sce"
tuciz. villa Woscetino. In prouincia
Chozkowe villa Stoluziz. villa Qui"
lowe. villa Chabowe. In taberna Di"
min duodecim marce. In taberna
Chozkowe sex marce. In Drabowe villa
cum taberna et villa Iohannis. Hec
omnia cum omni juris integritate et
vtilitate nunc et postmodum perpetu"
tura sine omni exceptione. ecclesie Ztul"
pensi collata sunt. cujus etiam coloni
ab omni exactione seculari liberi erunt
penitus et exempti. Preterea omnes red"

ditus. omnes possessiones. quecunque
Ztulpensis ecclesia a quibuscunque
Cristi fidelibus in nostra ditione con-
stitutis. iustis modis adepta est vel
poterit adipisci. volumus et indissolu-
biliter sancimus eidem ecclesie inte-
gre ac inconvulse perpetuo iure per-
tinere. Ne ergo in posterum delean-
tur miserationes quas fecimus in do-
mo domini. sed imperpetuum vale-
ant. hanc paginam conscribi ac si-
gilli nostri appressione iussimus ro-
borari. Testes hii aderant. Conradus
Caminensis ecclesie secundus episco-
pus. Helmwigus abbas Ztulpensis.
Sifridus prepositus Caminensis. Alber-
tus presbiter et monachus. Brunin-
gus presbiter et monachus. Layci no-
biles. Wartizlaus. Panten. Stephanus.
Teromarus. Henricus. Tanic. Tarogner.
et alii quamplurimi. Acta sunt hec
anno domini M°. C°. LXX°. II°. Indic-
tione XV°. XI°. Idus Iunii.

<u>Dreger</u>: Codex Pomeraniae di-
plomat. p. 15.

(1172.)

Kazimirz I ks. pomorski zakłada kapitułę kamińską i onęż przywilejami tudzież swobodami uposaża.

Kazymarius Dei gracia Dux Slauo„
rum Uniuersis Cristi fidelibus tam
futuris quam presentibus scriptum
hoc visuris in perpetuum. Pater
misericordiarum et Deus totius con„
solacionis per sollicitudinem et fi„
dele studium felicis memorie Wer„
tislai patris nostri eduxit nos et
populum terre nostre de tenebris
et umbra mortis in admirabile
lumen suum. vt qui prius per ydo„
lolatriam et spurcicias Demonum
eramus serui Sathane et populus
perdicionis nunc per ablucionem
baptismi facti sumus filii adop„
tionis. Dei populus. acquisitionis
funiculus. hereditatis ipsius conse„
cuti graciam et exspectantes glo„
riam cum ceteris Cristianis. Cogi„
tantes itaque vt pro tanta gracia
aliquid retribuamus domino pro


omnibus que retribuit nobis. ipsi
volumus deuote id quod possumus
obsequium exhibere ministros eius
qui in hoc mundo beneplacitum
ejus exequuntur et in ipsius serui-
cio perseuerant concessis nobis a
Deo temporalibus honorando ipsos-
que paterne fouendo ut absque
turbacionis defectu aliquo suum
ministerium exequantur. Nos igi-
tur Camynensem ecclesiam quam
pro salute nostra et parentum
nostrorum in honore Domini nos-
tri Cristi Ihesu et beate Marie sem-
per virginis sanctique Iohannis
baptiste fundauimus et in qua
Canonicos duximus collocandos
cum omnibus personis tam nunc
in ea Deo militantibus. quam
imposterum legitime substituendis.
in nostram recipimus protectio-
nem. liberum eis eorumque suc-
cessoribus perpetuo concedentes. ut
in beneficiis que ecclesie sue tam
in denariis quam eciam villis
et prediis ceterisque bonis et como-


dis temporalibus sunt collata vel in posterum conferenda. tranquille et absque omni secularis domini jugo vel oppressione. domino famulentur. habentes liberam electionem post de„ cessum Episcopi sui vel prelati seu cujuscunque canonici ecclesie sue loco ipsius alium statuendi quem digne viderint statuendum. ad in„ star quoque sancte Coloniensis eccle„ sie predictis canonicis eorumque successoribus omnem conferimus li„ bertatem qua in genere cetere Ca„ thedrales ecclesie debent ex jure temporaliter gratulari. Preterea quecunque bona quascunque pos„ sessiones ecclesia eorum in presen„ ti possidet vel in futuro largitio„ ne principum concessione pontifi„ cum. seu oblacione fidelium. aliis„ que justis modis Deo propitio pote„ rit adipisci. ipsis et eorum succes„ soribus presenti pagina confirma„ mus. Ipsis quoque liberum conce„ dimus ut justo titulo possideant villas et predia seu quoscunque


redditŭs viri nobiles terre nostre
de sŭis hereditatibŭs eidem eccle„
sie dŭxerint conferendos. Propterea
decreŭimŭs vt villas vel curias
eorŭm nŭlla persona secŭlaris
nŭncia potestatis presŭmat intra„
re pro exactione aliqŭa vel qŭa„
libet caŭsa molestie hominibŭs
ecclesie facienda. Volŭmŭs tamen
vt iidem homines castrŭm ad
qŭod pertinent et pontem edifi„
cent generalem et si qŭa pro hiis
promoŭendis in commŭni fŭerint
ab eisdem colligenda ea nŭlla„
tenŭs per secŭlarem exactorem
sed per nŭnciŭm prepositi colli„
gantŭr. Homines eciam ipsiŭs ec„
clesie jŭri ecclesiastico non jŭdicio
sŭbjaceant secŭlari. Eosqŭe ab om„
ni exactione insŭper Naraz. Oszep.
Gaztitŭa. vectione vel per terram
vel per aqŭam et Domorŭm nostra„
rŭm edificatione. ceterisqŭe ser„
ŭiciis et rebŭs dandis secŭndŭm
gentis nostre consŭetŭdinem peni„
tŭs esse volŭmŭs absolŭtos. ita

quod solis canonicis nullique ser-
uiant domino seculari. sed cum
necesse fuerit ad defensionem ter-
re sue procedere sint parati in-
fra ipsam terram cum eam hos-
tiliter inuaserint inimici. Hanc
igitur donationem nostram et
concessionem libertatis volumus
inconuulsam perpetuo ab omni-
bus observari eam presenti scrip-
to sigilli nostri munimine con-
firmantes. Hujus itaque rei tes-
tes sunt Conradus Episcopus. Sifri-
dus prepositus ceterique canonici
Caminenses. Euerhardus Colbacen-
sis. Helmwighus Stolpensis. Wol-
terus Uznamensis abbates. Herman-
nus Prepositus Colbergensis de La-
icis Barsa vir nobilis in Colberg.
Zauist Castellanus. Vnima ceteri-
que nobiles de castro Cammyn.
Priba Castellanus in Chotzecowe.
Driska. Bodewi. Tarogneu. Munck.
Boritz. Radoslaus. Zpol. ceterique
nobiles viri Castri Dimin.

Dreger: Codex Pomeraniae
diplomat. p. 11.







(1172.)

Kazimirz I ks. pomorski kapitule Kamińskiej różne przy-wileje i swobody nadaje. –


In nomine sancte et indiuidue Tri-nitatis amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam posteris in Cristo renatis seu renascituris. quod ego Kazimarus Dei gracia Pomera-norum Princeps majori ecclesie Ca-minensi quam in honorem Dei et Domini nostri Cristi ac beatissime genitricis sue perpetue virginis Ma-rie sancti quoque Iohannis bap-tiste fundauimus locum claustri circumjacentem cum immunitate cum omni claustrali et canonica libertate in perpetuam elemosinam pro me et vxore mea et liberis con-tuli. Quicquid eciam prediorum seu cujuscunque modi redditum ad stipendia fratrum canonico-rum eiusdem ecclesie pertinencium contulimus vel collaturi sumus ab omni justicia et exactione lai-

⁞ ca tam nostra qüam omnium
ita libere absolüimus. qüod nul-
li liceat alicüjus exactionis caüsa
predia eorüm intrare preter con-
sensüm tocius conuentus. Si qüis
preterea de hominibus nostris
liberis diüini ignis feruore suc-
census pretaxate ecclesie fratribus
qüidpiam contülerit. annüimus
et predicta libertate idem dona-
üimus. Si vt fit inter fratres ec-
clesie aliqüid qüestionis emerse-
rit in capitülo süo solis fratri-
bus coram prepositis pro com-
muni censüra eorüm canonice
terminetür nec aüribus majoris
jüdicis insonet qüisqüis inter
eos de se statüi licet. Hoc aütem
precipüe et specialiter omnibus
lüccessere volümus. qüod eidem
ecclesie liberam electionem tam
fratrüm qüam prepositorüm
damus ad instar sancte et re-
üerende ecclesie Coloniensis cete-
rarümqüe cathedraliüm ac con-
ventüaliüm ecclesiarüm. imperii

⁞

./. nec nos vel quisquiam potestati-
ue illis aliquem preficiemus aut
addemus sine voluntate et consen-
su suo et canonica electione. Ra-
tam igitur esse hanc nostram
donacionem desiderantes eam si-
gilli nostri impressione firma-
mus.

Dreger: Codex Pomeraniae
diplomat. p. 14.



1173.

Boguslaw I ks. pomorski zatwierdza założenie klasztoru w Kolbacz przez Warcisława II. i onemuż różne swobody nadaje.

In nomine sancte et indiuidue Tri-
nitatis. Ego Buguzlaus Dei gratia Po-
meranorum Dux omnibus presentibus
et futuris presens scriptum cernenti-
bus salutem in Cristo sperare et spec-
tatam percipere. Constituti licet in fa-
cibus potestatis terrene. celestis catenus
potestatis dinoscimur non obliti vt ex
temporaliter nobis collatorum fruga-
litate superne patrie studeamus ci-
uilitatem comparare. Euocatis ergo
de diuersis terrarum partibus viris
religiosis tamquam vites domini,
eas per diuersa dominatus nostri
loca non solum ipsi operam du-
ximus transplantare verum etiam
in hoc aliis colaborare quatenus si
proprii operis fructum diuinis di-
gnum conspectibus non ferimur tam-
quam vlmus vites celestes cum botro
portemus. Notum ergo sit omnibus

vobis quod locum qui vocatur Col„
bas a dilecto cognato nostro War„
tizlao de consilio et consensu nostro
in honore beate marie fundatum
in nostre suscepimus tutelam protec„
tionis ut dum eos temporalis mu„
niuimus clipeo defensionis per ipsos
possimus euadere judicium damp„
nationis. Quapropter possessiones
quas nostra vel ipsius Wartizlai
cognati nostri seu etiam alio„
rum fidelium donacione de nos„
tro consensu collatas habere nos„
cuntur perpetuo eis confirma„
mus habendas. Verum quia ge„
neratio preterit et generatio ad„
uenit ut in posterum peruersis ca„
lumpniandi tollatur occasio. Istas
ex eis duximus propriis nomini„
bus exprimendas. Locum ipsum
Colbas. Rekow. Reptow villam
Theutunicorum Toznow et Dam
cum aquis pratis siluis agris et
omnibus terminis quos ipse dis„
tinxit. Si quas sane possessiones
temporum succedente percursu ab

ipso vel ab illius heredibus libera-
li donatione seu legali coemptio-
ne eas habere contigerit inconvul-
sa eis perpetua stabilitate confir-
mamus. Res quoque et naues eius-
dem claustri in omni dominio
nostro ab omni thelonei absolui-
mus exactione. Et vt seruientibus
Deo in prefato loco perpetua tri-
buatur tranquillitas. precipimus
vt nullus secularium iudicum
rusticos eorum in istis vel in aliis
eorum villis ad vrbes edificandas
seu aliquas seculares exactiones com-
pellere presumat. presentem vero
cedulam sigilli nostri impressio-
ne et optimatum nostrorum sub-
scriptorum testimonio volumus ro-
borare ne quis eis ausu temera-
rio presumat contraire. Testes ve-
ro sunt hii. Berno Episcopus et
alii quam plures. Porro si quis-
quam ausu temerario predictos
fratrum terminos inuadere vel di-
minuere presumpserit procul du-
bio diminuet Deus dies eius. Amen.

Acta sunt hec anno domini M°. C°. LXXIII°. temporibus abbatis Euer-hardi.

Dreger: Codex Pomeraniae diplomat. p. 17.


1173.

Mieszek Stary klasztorowi Lędzkiemu wieś Mały Wronchin wolny od danin polskich nadaje. -

In nomine domini. amen. Memorie obliuio nouercatur et longinquitate temporis gestarum series obscuratur, nisi viuacibus litterarum indiciis ad posteros propaletur. Igitur: ego Mesico dux Polonie notum facio tam presentibus quam futuris: Quod fauorem et graciam, quam gero specialiter ad fratres ordinis cisterciensis, domus Lendensis, nostre fundacionis intendens ampliare, ut eo melius valeant persistere in diuini nominis famulatu, ad peticionem pii patris domini Bertoldi abbatis eiusdem monasterii, suique deuoti conuentus, donavi hereditatem nostram ducalem, paruum Uronchim, eisdem cum sale, lacubus, piscacione ac venacione, aliisque usibus, in presenciarum in ibi existentibus, et in posterum accrescentibus, ab

omnibus iuribus Polonie absolutam, quibuscunque censeantur nominibus, iure hereditario possidendam. Huius rei testes sunt: Iarostius palatinus kalisiensis, Bronis castellanus gne-znensis, Odolanus pincerna, Ilicus capellanus, et quam plures alii fide digni. Datum in Gnezna, an-no domini millesimo centesimo sep-tuagesimo tercio, pridie kalendis septembris, indictione sexta. Ut au-tem hec rata et firma permane-ant, presentem cedulam sigilli nostri appensione fecimus commu-niri.–

– Lelewel: Polska dzieje i rzeczy jej. Tom IV. 1851. str. 136.



1173.

Kazimirz Sprawiedliwy nadanie ziemi Zagościskiej Szpitalnikom Jerozolimskim przez ks. Henryka uczynione zatwierdza.

In nomine patris et filij et spiritus sancti Amen. Ego Kasimirus Dux notum facio universis Christi fidelibus presentibus et futuris: Dominum Henricum Ducem fratrem meum Hospitali Sancti Ioannis Hierosolymitani, pro animabus patris mei et matris, atque pro sua ipsius anima dedisse terram que dicitur Zagost totam integraliter villas scilicet quatuor cum omni circuitione, sicuti Comes Petrus Magnus eam circumiuit et signauit, cum omnibus que in ipsis villis erant, pastoribus videlicet omnibus iumentarijs, uinearijs, sagenarijs et omnibus rusticis, qui in ipsis villis morabantur, excepto uno Romano Vineario nomine Barbex, et exceptis quatuordecimis hominibus de Ki, quibus ibidem mansio concessa fuerat ad tempus

÷ donec alibi eis prouideretur, cum
omni quoque supellectili reliqua,
equabus scilicet, bubus, uaccis, ovi-
bus atque porcis. Sed et aliam de-
dit villam nomine Ulazoa cum
omnibus suis pertinentijs, siluis vi-
delicet, agris, pratis atque melli-
ficijs, quotquot in ea erant. Dedit
quoque preter hec omnia tabernam
in Cachou libere, a predicto Hospi-
tali possidendam. Ego igitur Casi-
mirus, qui Dei gracia successi he-
res, et possessor bonorum fratris
mei pie memorie ducis Henrici,
omnia predicta, que contulerat
Hospitali S. Joannis, concedo eidem
Hospitali jure perpetuo possidenda,
pro anima patris mei et matris,
et pro anima eiusdem fratris mei,
Ducis Henrici, et pro mea ipsius
anima. Addens insuper hominibus
omnibus S. Johannis, libertatem
omnium tributorum vel seruitio-
rum, que more Polonico ab alijs
rusticis fieri solent, ne soluant
tributum in foro, ne hospites du-

÷

cant vel pascant, ne falconarios, vel canumductores suscipiant, ne in expedicionem vadant, ne ad opus castri seruiant siue soluant, ne post boues soluant. Testes hujus facti: Ego Kazimirus Dux, Dominus Lupus Episcopus Plozensis, per cujus manum elemosina data est, Dominus Swentozlaus, Radozlaus, Paulus subcamerarius, preter hos quoque Dominus Saxo et alij Nobiles multi, et omnes Episcopi qui conuenerant ad colloquium in Milice IV Kalendis Septembris.

Rzyszczewski: Codex diplomat. poloniae. III. 8.

1175.


Kazimirz I ks. pomorski nadaje klasztorowi w Grobie wieś Statkowice, inne zaś włości na wieś Buszków zamienia.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Ego Kasimerus Dei gratia Pomoranorum princeps Filius Wartislai. Sicut ex commonitione religiosorum virorum sepius intellexi. inter omnia hujus mundi bona. ea solum hominum saluti profutura. que vel in vsus ecclesiarum vel in sustentationem pauperum Cristi. liberaliter erogantur. Ea propter ecclesie Grobensi in suburbio Vznomiensi beneficium conferre et in eo memoriam mei perpetuare decreui. Villam itaque Sclathkouiz ex Burgwardio Gozcouensi predicte ecclesie jure perpetuo possidendam donaui. quam ab omni meo jure et seculari potestate. excepta vrbis munitione. liberam emancipaui. Preterea cum fratres Deo inibi seruientes predia ecclesie sue inutiliter per terras dispersa.

adunare et continuare conarentur.
Vnam villarum suarum Pustikow
prope castrum Camyn in concam-
bio michi contulerunt. pro qua
villas alias priori ville id est Slos-
keuiz contiguas. libens erogaui qua-
rum nomina sunt hec. Spasceuiz.
Dobol cum terminis suis. Miriuiz
et Cossuz cum terminis suis. cultis
et incultis. et omnibus appendiciis
earum. quas ab omni quoque pro-
uinciali exactione et meo iure libe-
ras donaui. Ne quis igitur succes-
sorum meorum infringere seu in-
firmare preualeat. priuilegium
hoc fieri et sigilli mei impressio-
ne corroborare decreui testium
quoque subscriptione munire de-
creui. quorum nomina sunt. Do-
minus Bochzlauus Dux Pomera-
nie. Conradus episcopus secundus
Pomeranie. Dominus Iohannes fra-
ter eius. Waltherus prepositus de
Groben. Helmwigus prepositus de
Stolpe. Bars castellanus de Cho-
leberch. Thivoris secundus castel-

lanus. Zauist castellanus de Camyn. Vencezlaus castellanus de Wolyn. Byrsk castellanus de Dymyn. Iohannes filius ejus. Buduwyn. chonec pincerna Kazemeri. Myrgnev. frater ejus Pribe. Iariszlaus Camerarius. Iarygnev castellanus de Gotzchowe. Szpenkhopolc filius Ducis Ratheberni. Actum in ecclesia Trybethowe. Idus Novembris. Anno Dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo quinto. –

Dreger: Codex pomeraniae diplomat. p. 18. –



1175.

Obszerniejszy przywilej Bolesława Wysokiego ks. śląskiego założenia klasztoru Cystersosów w Lubiennu.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Boleslaus dux zlesie filius primogenitus illustris condam principis wladyzlai maximi ducis zlesie. et cracouie inclitequie domine adelheydis filie imperatoris heinrici quarti. Vniuersis christi fidelibus tam futuris quam presentibus. salutem ac prosperitatem uite presentis pariter et future. Quandoquidem uelocitate dierum nostrorum transituri sumus. quemadmodum fugere solet umbra et euanescere fumus. consultissimum constat anime saluande prouidere cuius uitam scimus in eternum permanere. Igitur pro dilectione domini nostri ihesu christi liberatoris animarum nostrarum et pro veneratione sancte genitricis eius perpetue virginis marie. ac pro interuentu sancti Iohannis babtiste.

et sancti Iacobi apostoli. omnium-
que sanctorum dei. annuente nec
non et rogante domino walthero
episcopo wratizlauiense et eius ca-
pitulo. monachos adductos de por-
tensi cenobio quod est in theolo-
nia super salam fluuium colloca-
ui in loco qui dicitur Lubens. et
est in antiqui castri sinu super
fluminis odre fluenta vbi prius
pauci monachi nigri ordinis rese-
derant. ut ibi in vnitate et com-
munione sancte katholice ecclesie.
sancti benedicti regulam atque Cy-
stercienses ordinis instituta tene-
ant. in remedium anime mee.
ac pro animabus progenitorum
affiniumque meorum. Anno ab in-
carnacione domini. Millesimo. cen-
tesimo. quinquagesimo. Quapropo-
ter omnes attinentias cenobij Lu-
bensis tam ueteres quam nouas
in mea defensione comprehendo.
et successoribus meis per omne
tempus huius seculi tuendas et de-
fendendas sub interminatione ulti-

mi magnique iudicij dei pro solo
diuine remunerationis intuitu re-
commendo. Si qua ergo spiritualis
persona. secularisue potestas. uel
quisquam de supanis uel aliis bo-
nis hominibus bona aliqua huic
lubensi cenobio iusta donacione.
uel deuota oblacione. seu rata
cambicione. aut uendicione contu-
lerit. inconcussa et illibata ei sem-
per permaneant. secundum aposto-
lica priuilegia que data sunt Cy-
stercienci ordini. in quibus ei con-
firmatur integritas decimarum de
terris suis et hominibus. pecudibus
ac iumentis. Et quia quod deo di-
catum est non nisi diuinis legibus
subiacere debet. Idcirco quicum-
que homines. cuiuscumque condi-
cionis uel gentis possessiones hu-
ius cenobij coluerint uel super
eas habitauerint per abbatem in
eis collocati. siue poloni sint si-
ue theotonici uel gallici. cuius-
cumque etiam iuris. ab omni iu-
re polonico sine excepcione aliqua.

et ab omnibus seruicijs . a solutio-
nibus et exactionibus . ac uectigali-
bus . cuicumque debeantur . siue prin-
cipi siue castellanis . uel superius
alius . sint in perpetuum liberi et -
exempti . nec cogantur cuiquam
alteri nisi abbati et suis fratri-
bus aliquid soluere uel serui-
cium aliquod exhibere. Porro tota
possessio eorum omnium que nunc
sunt et in futurum erunt tam in
prediis quam hominibus . abbatis
et monachorum solummodo erit
atque dicetur . quia michi eos as-
sumpsi non pro terreno seruicio .
nec pro agricolis meis uel struc-
toribus . sed pro litteratis diuino-
rum celebratoribus . celestiumque
contemplatoribus et oratoribus me-
is ad deum . ac pro parentum
meorum et sequatium filiorum .
Omnes insuper homines in bonis
claustri commorantes . cuiuscum-
que sint gentis uel condicionis
tam posteri quam presentes nul-
la castra uel municiones tenebunt-

tür cüiqüam construere. neqüe ad
expeditiones aliqüas extra terram
ire. neqüe ad hec sübüenciones
aliqüas ministrare in üecturis.
Pecünia Pecoribüs. aüt annonis.
siüe coloni sint seü iüdices üel
scholteti sed medio tempore ad
seruiciüm abbatis et claustri sta-
bünt omnes in propriis expensis
qüidqüid ipsis preceptüm füerit
laborando. Si üero contigerit
hostilem exercitüm terram üelle
ingredi. tünc coloni abbatis de
üillis pedites. scholteti eqüites ad
commünem terre defensionem pro-
cedere tenebüntür. Iüdiciüm ni-
chilominüs de omni caüsa tam
capitali qüam manüs totaliter
abbati do. üt ipse per iüdices
süos tam theotonicos qüam po-
lonos omni qüerelanti iüsticiam
faciat in qüolibet iüre tam sü-
is hominibüs qüam alienis. et
qüidqüid inde solücionis cüenerit
tam pro cülpis qüam pro penis
hoc abbatis et süorüm iüdicüm

totum erit. Si vero aliqua causa
tam difficilis fuerit. vel alicuius
proteruia seu potencia fecerit.
quod debito modo per iudices
abbatis determinari non possit.
tunc ad curiam meam vel prin-
cipis terre deferatur in proximo
castro. non nisi coram me vel
principe terre iudicanda. et eo
iure quo is qui impetitur resi-
debit siue sit theotonicus aut
polonus vel cuiuscunque gentis
seu conditionis. ita dumtaxat.
quod quidquid pecunie vel re-
rum de quocunque homine clau-
stri pro culparum vel penarum
cedere debuerit redemcione iudi-
ci vel mihi. vel principi. vel
suparius. totum solius abbatis e-
rit. Nec quisquam hominum
claustri per aliquem suorum
complicium. siue alienum quem-
piam citari debet ad meam
vel principis vel aliorum quo-
rumcunque iudicum presenciam.
nisi forte sibi querelanti per iu-


dices abbatis fuerit iustitia dene-
gata. neque sic respondere tene-
bitur. nisi per meam aut prin-
cipis literam euocatus. suo tamen
iure in quo residet responsurus.
solucione culparum et penarum
ad abbatem plenarie pertinente.
Curie quoque claustri quotquot fu-
erint cum omnibus pertinencijs ip-
sarum et famulis omni suprascripta
fruantur et gaudeant libertate. Iam
uero subnectitur hic possessionis de-
scripcio. Lubens et attinencie eius.
et termini circa odram et ultra tran-
situs fluuij eiusdem cum naulo cir-
ca lubens. cum siluis. agris. pratis.
pascuis. aquis. piscacionibus. uena-
cionibus. castoribus et mellificiis.
atque molendinis cum utilitate
que nunc est super terram in om-
nibus prediis claustri et que sub
terra esse poterit in futurum. nulli
de his omnibus debendo aliquam
portionem. Item ecclesia sancti Io-
hannis evangeliste. forum cum om-
ni utilitate. et circuicione. cum

omnibus in ea sitis. Transitus flu-
uij cum naulo circa Lozam et
uia publica que ducit in chome-
zam et nouum forum. Boguinoue
cum sua circuicione et omnibus in
ea sitis. Dobrogostendorf cum sua
circuicione et omnibus in ea sitis.
capella sancti Nycholai ante wra-
tizlaue et eius attinencie cum ta-
berna in nabitim et scepin. Wilk-
sino et bresna. Godekendorf. villa
martini cum suis circuicionibus
et omnibus que sunt in eis. Craie-
uo cum suo circumequitatu al-
que sitis in eo. Ecclesia sancti pe-
tri in wratizlaue et attinencie
eius. Nam bezelinus comes tra-
didit ecclesie duos boues et equum
et uillam iuxta brozte ex toto
cum agris. Micora quoque tradi-
dit soraun cum agris et equa-
bus. XXV. et bubus. VI. ac tribus
uaccis. cum taberna et ponte iux-
ta vidaue. tradidit eciam quod
habuit in olbino. pomerium et
curiam. pratum. agros. et de Lacu

./.
nonum piscem et redditum carni,
ficij de trecentis denariis. Ecclesia
beati stephani in bythom et atti,
nencie eius sunt tres uille quarum
una circuicione signata est. alte,
ra uocatur verbenice. tercia vbrez,
ke. et reddicio nona de omni usu
ad urbem pertinente. Insuper ego
et episcopus wratizlauie zirizlaus
dotauimus ecclesiam in dedica,
cione ipsius. decimis omnibus de
nouis uillis que nunc sunt in po,
testate legnicensi et de illis que
deinceps in ea in omni successu
temporum construentur. tam in
montibus quam in planis. Dona,
cionis autem horum omnium ac
confirmacionis testes sunt. Mesiko
patruus meus dux maximus et
princeps cum episcopis. et clero ac
omni populo totius polonie. et a,
lia manu ego bolezlaus filius hu,
ius bolezlai fundatoris interfui
et assensi. Ego Iarozlaus alter fi,
lius. ego mesico frater eiusdem
bolezlai dux de Ratibor et ego
./.

Cunradus alter frater dux de Glo-
gov. ego eciam Zuineslaus. ego
Nadscivi. ego Streso. ego Ianus.
ego petrek. ego obezlaus. ego do-
maxlaus. ego bertolfus. ego bole-
nevs. et ego Ieronimus cancella-
rius recognouimus. Hec autem
confirmacio et conscripcio ac sigil-
lacio facta est super castrum Gro-
dez. Anno ab incarnacione domi-
ni nostri ihesu christi. M°. C°. LXXV.
In festo beatorum apostolorum
phylippi et iacobi. Indictione oc-
taua. Tunc quoque addita est
uilla Bogudani. amen. Anno pri-
mo ordinacionis Florencij abba-
tis Lubensis.

Büsching: Leubus. p. 4.



1176.

Konrad I biskup pomorski potwierdza klasztorowi w Kolbas wieś Przytup, przez ks. Kazimirza I nadaną.

Conradus Dei gratia Pomeranorum episcopus tam presentibus quam futuris. Benedictus Deus qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. quod nos quoque in populo nostro videmus et gaudemus adimpleri. Qui cum in cultura falsorum Deorum hactenus misere aberraverit nunc in cognitione veri Dei exultat et canit. Confundantur omnes qui adorant sculptilia et qui gloriantur in simulachris suis. Sed et principes ad cultum ejusdem Dei et Domini propensiores se exhibentes ritus paganorum sacrilegos usque in hunc subvertere non desinunt novasque ecclesias instituunt sacerdotes quoque ad eruditionem plebis aggregant. modis omnibus operam dantes ut Cristiani nominis dignitas apud eos propagetur

et amplius emineat. Viros quoque reli-
giosos de longinquis prouinciis euoca-
tos per diuersa regionis sue loca dis-
ponentes ad necessarios vsus eis tempo-
ralia administrant sicque juxta ewan-
gelicam ammonitionem* faciunt sibi a-
micos qui se recipiant in eterna taber-
nacula. Anno igitur dominice incarna-
tionis M°. C°. LXXVI°. indictione nona. for-
te deueni in Camyn. celebraturus ibi
festum assumptionis beatissime virgi-
nis Marie. aderat et Dominus Caze-
marus princeps terre cum baronibus
suis. aderant et alii duo viri reli-
giosi jam tunc in abbates per ma-
num nostram consecrandi scilicet
dominus Helwicus abbas de Stolp et
dominus Abbas Euerardus de Colbas.
Cumque finitis missarum solempniis
consecratio quoque abbatum esset rite
peracta. congratulans dominus terre
super hiis que videbat. abbati qui-
dem de Stolp copiosos redditus se
contulisse recordabatur. Porro domino
Euerardo abbati locum qui vocatur
Prilop cum omnibus attinenciis suis

./.

id est aqũis. silũis. pratis. in honorem Dei et sancte genitricis eiũs per manũm nostram letũs obtũlit in conspectũ eccle„ sie nostre qũod et ipsũm priũs qũidem in Colbas coram fratribũs in eorũm monasterio fecerat. Et qũia prefatũs lo„ cũs spatiosũs est lateqũe patentes cam„ pi qũi cũltoribũs indigeant. colonos qũotcũnqũe ibi fratres posũerint ab omni exactione liberos esse concessit. ne videlicet vrbes edificare aũt reparare compellantũr et ne principi terre cen„ sũm persolũant cũm reliqũo popũlo. neũe etiam jũdicũm qũisqũam secũ„ lariũm eos in nũllo negocio urgeat vel contristet. Hec aũtem donatio solem„ pnis in presentia mea facta est vt di„ xi vidente clero. astante popũlo. mũl„ tisqũe principibũs viris id est Wartizla„ ũo de Stetin et Engilberto ejũs capella„ no. Zaũiz castellano de Camyn. tribũs„ qũe seriũis Dei abbatibũs qũorũm ali„ qũos sũpra memoraũi qũorũm erat primũs dominũs Helvicũs abbas de Stolp. Secũndũs dominũs Eũerhardũs abbas de Colbas. Tertiũs dominũs Hermannũs ab„

./.

bùs de Dargūn. Canonicis quoque de Camyn presentibus Conrado. Gerardo. Remero. Igitur quamuis ecclesiarum Dei beneficia propter metum et reue-rentiam omnipotentis debeant in pace semper et salua persistere. nec ulla ratione possit amplius ad seculares usus reuocari quod semel Deo oblatum est et consecratum. necesse tamen est pontificali auctoritate gladioque spirituali presumptiones cum temeri-tatibus inhiberi. Propter quod predicti predii possessiones sigilli nostri obsi-gnare testimonio necessarium duxi-mus ne quis vel prece vel precio fra-tribus subripere temptet aut inuadere violenter aut minuere. Quod si quis hec transgressus fuerit excommunica-tum se et anathematizatum nouerit esse proculque a cetu Cristiano abjec-tum nisi resipuerit. communionem quo-que sacri corporis et sanguinis Cristi non sibi indulgendam aliquando ni-si in ultima necessitate et mortis ar-ticulo. –

Dreger: Codex pomeraniae diplomat. p. 21. –

1176.


Kazimirz I ks. pomorski nadaje klasztorowi w Kolbas wieś Przytup z oznaczeniem granic onejże.

In nomine Domini amen. Kaze-
marus Slauorum princeps. Vniuer-
sis Cristi fidelibus tam futuris
quam presentibus. nuper ego et
populus meus ad cultum Dei ve-
ri pietate ipsius conversi sumus.
vnde et magnifice gratias agi-
mus ipsi. Hujus etiam rei gra-
tia in honorem Dei et Domini nos-
tri sanctissimeque virginis Marie
fratribus Cisterciensis Ordinis in Col-
bas conversantibus locum qui vo-
catur Prilep ob remedium anime
mee offero quem hiis terminis dis-
tinxi videlicet a Plona vsque ad
quercus que subjacent castro Car-
be e quibus aliquas propria ma-
nu designaui ad testimonium si-
gni euidentioris. Deinde vsque ad
quercum secus viam. sicque contra
aquilonem ad salicem. inde ver-

sius orientem in Geuenam. abhinc quoque usque ad lapidem qui vocatur Lec. deinde in Plonam. Quod ut ratum et inuiolabile permaneat sigilli mei impressione munire curaui. Et quia fratres fruges proprias colligere non sufficiant colonos quotcunque ibi posuerint ab omni exactione que mei juris est abhinc et in omne tempus liberos esse statuo meisque id successoribus tam pro ipsorum quam pro mea salute obseruandum relinquo ne scilicet edificare aut reparare urbes cogantur sed neque judicum quisquam secularium eis molestus sit in ullo negocio quinymo sanctis illis in Colbas et fratribus in pace deseruiant. Porro si quisquam ausu temerario predictos fratrum terminos inuadere vel minuere presumpserit procul dubio diminuet Deus dies ejus. Anno dominice incarnationis M°. C°. LXX°. VI°. per manum domini Euerardi abbatis fac-

Ita sunt hec. presentibus hiis testi-
bus Monic. Radozlau. Ianic. Hu-
nune de Camyn. Iarnozlauizl. –

Dreger: Codex pomeraniae
diplomat. p. 20. –




1176.

Kazimirz I ks. pomorski nadaje klasztorowi w Stulps wieś Wocetino, tudzież 6 grzywien na karczmie Gückowskiej.

Kazimarus Dei gratia Dux Slauo-
rum. omnibus hoc scriptum visu-
ris in perpetuum. ne presentis eta-
tis negocia consumat obliuio. scrip-
tis solent autenticis roborari. vt ad
posterorum noticiam transmittan-
tur. notum igitur esse cupimus
tam presentibus quam futuris.
quod venerabili domino Conrado
secundo Pomeranorum episcopo.
capellam rotundam in Stulpa
sollempniter dedicante. contulimus
ad honorem Dei et beati Johannis
baptiste. Domino abbati Stulpen-
si. ac suo conuentui. sex marcas
denariorum de taberna in Chozcov
per annos singulos colligendas.
contulimus eis preterea villam Wo-
cetino nuncupatam. cum omni-
bus redditibus et vtilitatibus suis.
eisdem perpetuo profuturam. quam

ab omni seculariūm exactione libe-
ram esse statūimūs et immūnem.
ita vt nūlli mortaliūm nisi ab-
bati et sūe teneatūr ecclesie de-
serūire. Terminos vero ville predic-
te tali modo dūximūs distingūen-
dos. Per latitūdinem silūe Selasne
vsqūe ad lacūm qūi dicitūr Po-
lcki. et abinde vsqūe ad locūm
qūi Parkūmi appellatūr. Vt aū-
tem hec nostra donacio rata et
inconūūlsa in perpetūūm ha-
beatūr. presentem paginam si-
gillo nostro fecimūs roborari.
Testes sūnt hii. Sifridūs. Andre-
as sacerdotes. Vnima. Cedzlaūs.
Caminenses. Dūboj. Monic. Jaro-
gnev. Priba. Diminenses. et aliï
mūlti. Actūm anno domini.
M°. C°. LXXVI°. Indictione IX^a^. nonas
Decembris.

Dreger: Codex pomeraniae
diplomaticus. p. 19.



1176.

Kazimirz Sprawiedliwy klasztór Cystersów w Sulejowie zakłada, i onemuż różne swobody nadaje.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Casimirus dux Polonie notum facio presentibus et futuris, quod ego ob anime mee remedium et omnium tam predecessorum quam successorum meorum contuli deo et beate Marie et fratribus ordinis Cisterciensis ad claustrum construendum cum dei adiutorio et nostro, villam et fundum que Siliow vulgariter appellatur, cum omnibus pertinentiis suis, videlicet Strzelce, et Dambrowa; et ut nostre devocionis benevolencia clarius elucescat, conferimus eam cum familiis suis et utilitatibus universis. Insuper addimus ad iuvamen monasterii supradicti Beldrzykow montem et Buchine. Confero eciam Campa, Pucenow, Manow, Szczepanow, et Petrow, sicut comes Rascelaus tenuit.

His addimus Chennam cum heredi-
bus suis et Thandew. Conferimus
eciam eidem claustro singulis an-
nis tredecim plaustratas salis in-
tegraliter; sicut de Russia ducun-
tur, de theloneo in Sandomiria
recipiendas; et alveum salis in Cra-
covia, et novem castores annua-
tim de camera mea recipiendos.
Foro autem predicte ecclesie et om-
nibus que contuli, confero plenam
libertatem et omnis tributarie ser-
vitutis immunitatem, ita quod ho-
mines eorum, cuiuslibet condicio-
nis sint, ad nullam secularem
audienciam provocentur, preter nos-
tram, et cum litera nostra quidem
et sigillo. Ad castra vero constru-
enda vel constructa tenenda, vel
expediciones communes nullatenus
ire compellantur. Powoz non du-
cant, naras et alias soluciones om-
nino non solvant. Theloneum et
naulum, vendendo vel emendo,
sive itinerando non solvant. Scien-
dum preterea, quod forum monas-

terii supradicti cum pertinentiis
suis conductum nullum ducit. Fra-
tres autem causas, que inter homi-
nes suos ex utraque parte conti-
gerint, sive civiles sive criminales
iudicabunt, soluciones libere recep-
turi. Sciendum denique, quod do-
minus Petrus Gnesnensis archiepis-
copus, huius sancti operis coad-
iutor esse cupiens, divina instinc-
cione et mea et Fulconis Cracovien-
sis episcopi petitione, decimam de
Sylio cum pertinenciis suis, decimam
de Bela, de Lanchno, de chilejow,
de Stampis, de Stibor et Domece-
lavz contulit eisdem fratribus. Ec-
clesiam quoque de Beldrzykow
cum decimis, decimam de Standau,
de Chenna, de Pasturow contulit,
et sigilli sui et nostri et Fulconis
episcopi Cracoviensis munimine ro-
boravit. Acta sunt hec anno ab in-
carnacione domini MCLXXVI° in ec-
clesia sancti Blasii. –

Rzyszczewski: Codex diplomat.
Poloniae. I. 11. –


1177. Mieszek Stary zatwierdza zamianę Boguniowa i Dobrogostowa za dobra Stuss, między Konradem i Mojkiem a klasztorem lubens.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Misico diuina fauente clementia dux tocius polonię. florentio abbati lubensis monasterij. et uniuersis fratribus ibidem deo regulariter famulantibus. intimam dilectionem et omne bonum. Retribucionis diui, ne respectu. iusta religiosorum petitio compleri debet. prosequente pio deuocionis effectu. Quapropter dilecte nobis pater florenti. rogatu tuo et conuentus tuj. confirmamus coram principibus terrę nostrę. tam spiritualibus quam secularibus. concambium quod fecisti. consensu fratrum tuorum. et aduocati abbatię tuę. bolezlawj zlesię ducis. cum conrado. et moyco. stoygnewi fratribus. ut neque ab altera neque ab utraque parte unquam solui possit. unde stabilitatis fides ab utra-

./. qŭe parte data est. Maneant ita-
qŭe conrado et moyco. sŭb stabili
et integra in perpetŭŭm possessio-
ne. dŭe ŭille. bogŭnevo et dobro-
gostovo. cŭm circŭitionibŭs sŭis
et omnibŭs attinentijs. quę datę
sŭnt illis in ista cambitione.
Maneant abbati et fratribŭs. sŭb
stabili et integra in perpetŭŭm
possessione. locŭs qŭi ŭocatŭr
Zlŭp. cŭm circŭitione sŭa et
omnibŭs attinentijs. qŭia datŭs
est illis in ista cambitione. Si
qŭa ŭero spiritŭalis persona se-
cŭlarisŭe potestas. cambitionem
istam temptaŭerit eŭacŭare. ŭel
bona de qŭibŭs cambitio facta
est in ŭtralibet parte. occŭpare.
tenere. minŭere. septŭaginta
marcas argenti pŭrissimi compo-
nat. qŭarŭm dŭas partes nobis
in fisco persolŭat. ŭnam illis
qŭorŭm temerata fŭerit possessio.
ita tamen. ŭt restitŭantŭr pristi-
nis possessoribŭs qŭecŭnqŭe per-
ŭasa fŭerint a direptoribŭs. Porro
./.

ad complendam pleniorem corro-
borationem presentis priuilegij si-
gnauimus manu nostra hanc pa-
ginulam per inpressionem duca-
lis anuli. Sequitur descriptio tes-
tium qui presentes interfuerunt
statuti istius confirmationi Bo-
lezlaus dux. Kazemirus dux. Mi-
sico iunior dux. Lizstek dux. Hii
duces polonorum. Bogezlaus dux
pomeranie. Lisdek archiepisco-
pus knizenensis. Lupus mazo-
uensis episcopus. Cirolaus episco-
pus wrelawensis. Lodimirus. Sira.
Habraham. Iavor. Atomir. Ste-
phanus. Pribezlaus. Adelbertus.
Iaxon. Vizlau. Marl. Bozota. Obe-
zlau. Baram. Bars pomeranus.
Et alij multi qui interfuerunt col-
loquio knizenensi. Data anno ab
incarnatione domini M°. C°. LXX°. VIJ°.
Indictione X^a. VI° K. maij. in me-
tropoli knizen.

<u>Büsching</u>: Leubus. p. 16.



1177. Bogusław I ks. pomorski klasztór w Grobie nanowo zakonnikami obsadza, niemniej dobra onegoż zatwierdza.

In nomine sancte et indiuidue Tri-
nitatis. Ego Boguslaus Dei gratia
Pomeranorum Dux. Uniuersis Cristia-
ne fidei domesticis tam nunc existen-
tibus quam deinceps nascituris. ma-
nifestum fieri desidero. Quod vir il-
lustris predecessor ac patruus noster
Ratiborus. catholicam religionem tene-
ram adhuc apud nostrates et im-
becillem sublimare studuit atque
confortare. Inter cetera siquidem
quibus exuberauit pietatis opera ec-
clesiam beate Dei genitricis semper
virginis Marie. sanctique Godehar-
di. vna cum consorte sua Pribislaua
in Grobe fundauit et extruxit eam-
que possessionibus ac reddilibus do-
tauit quibus estimabat sustentari
posse conuentum fratrum ibidem
diuinis officiis deseruientium. Dedit
enim in vsus ministrorum ejusdem

ecclesie ipsam villam Groben cum
appendiciis suis. theloneum forense
et decem marcas de taberna ante
castrum Uznum et theloneum de na-
uibus ad idem castrum accedenti-
bus. In prouincia Scitene forense the-
loneum et tabernam. terciam quoque
partem ville Slauboriz et villam Ro-
chouiz. pro qua nos commutaui-
mus eis villam sibi commodio-
rem Sikeriz. In prouincia Groz-
swina villam Dobloviz. et in fo-
ro ejusdem ~~ecclesie~~ prouincie de-
cem marcas de taberna. Iuxta
castrum Stetyn super Oderam
villam Zelechova ad quam nos
dedimus eis villam Teplinina. An-
te castrum Viduchova super ean-
dem Oderam situm terciam par-
tem thelonei de omnibus nauibus
ibidem transeuntibus et piscatu-
ram in fluuio Thicminice. Dimi-
diam etiam piscaturam in tor-
rente Cripinice que pertinet ad vil-
lam Dambagora. In Colubrech cen-
sum salis in sartaginibus domi-


nica die. duas quoque domos ad
quatuor sartagines et ante ipsum
castrum sex marcas de tabernis
et in eadem provincia duas vil-
las Poblote et Suelube et thelone-
um de ponte scilicet de unoquo-
que curru per eum transeunte
duos denarios et panem. et de quo-
libet homine salem ibi coquente
vel per eundem pontem transeun-
te denarium crematorium et an-
te ipsum pontem tabernam. et
dimidium censum lignorum que
vehuntur per fluvium Parsandi.
Cum autem pacis dormicionem
vir supra memoratus accepisset.
et terre moderamina ditioni nos-
tre omnipotentis dispensacio man-
cipasset. prefatum oratorium ali-
quociens visitare dignum duxi-
mus. quod et agentes ipsum pror-
sus solitarium et tamquam ne-
glectum reperimus. Doluimus ergo
super hoc et miserti sumus. ani-
madvertentes pium tanti viri pro-
positum in irritum cedere. quin

etiam studentes operis communi„
catione superne mercedis aliquam
nobis portionem comparare. de
Hauelbergensi ecclesia viros disci„
plinam beati Augustini secun„
dum traditionem Evangelicam
profitentes acquisiuimus. locoque
pretaxato imposuimus. Quibus
etiam ut liberius et alacrius Deo
vacarent si de temporalium sub„
sidiorum penuria quod causa„
rentur minus haberent. ad preno„
minata predecessoris beneficia
etiam de nostris adjecimus pro
anima dilecte conjugis nostre
Walburgis. villam Breziz. cum
appendiciis suis. dedimus michi„
lominus eis villam Chinuchow et
clausuram piscium ante ipsam
villam. villam Wresteuiz cum
alia terra quorundam Slauo„
rum. In prouincia Scitene vil„
lam Corene. Super riuum Rebeniz
villam et locum molendini. In
prouincia Lessan villam Reuene
et super riuum Bebroa locum mo„

tendini. In Pozdewolc ecclesiam
cum villa una Budessina. Hiis
etiam interferendum censuimus.
quod pro villa Pustichow. quam
etiam ex largitione Ratibori re-
motam et sibi fere infructuosam
habuerunt. frater noster Kazi-
merus in provincia Pozkouensi
Spasceuiz. Dulpo. Miriuiz. et Cos-
suz. villas. cum terminis earum
cultis et incultis eisdem fratri-
bus in commutationem dedit.
addidit insuper eis liberalitate
gratuita villam Slotkeuiz supe-
riorum terminis contiguam. Vo-
lumus ergo et indissolubiliter pre-
sentium literarum cautione nos-
trique sigilli impressione sanci-
mus. ut canonici Grobensis ec-
clesie omnes quas commemora-
uimus possessiones suas ab omni
iure terreni dominii absolutas.
etiam ab omni prouinciali ex-
actione. excepta instauratione
municionum ad quas ipse per-
tinent. liberas in pace et quiete

perpetuo possideant. Datum et ac„
tum in castro Uznum anno gra„
tie millesimo centesimo LXXVII°.
XIIII°. Kalendas May.

Dreger: Codex Pomera„
niae diplomat. p. 24.



(1177.)


Boguslaw I ks. pomorski nadaje klasztorowi w Kolbas wieś Dąb, w zamian za 5 grzywien z karczmy kołobrzeskiej.

Bugeslauus Dei gracia Dux Pomeranorum Euerhardo venerabili Abbati in Colbaz nec non et omnibus inibi Deo famulantibus tam presentibus quam futuris salutem in perpetuum. Cum vite presentis curriculum sine peccatis et negligentiis transigere nequaquam valeamus. Ad hec abolenda siue minuenda saluatoris nostri necessarium. deuote cupimus audire consilium ac redimendo elemosinis peccata nostra facere nobis de rebus temporalibus amicos quorum suffragiis in eterna mereamur recipi tabernacula. Ea propter scripti presentis attestacione cunctis notum esse volumus. Quod quinque marcarum redditus in

taberna Colbergensi ecclesie sanc-
te genitricis Marie in Colbaz pro
elemosyna contulimus, post modum
vero mediante carissimo cognato
nostro Wartizlauo easdem a no-
bis cum beneplacito vestro recep-
tas Stolpensibus pro anima Ra-
tibory filii nostri qui ibidem se-
pultus est. delegauimus. pre-
dium quod Damba dicitur cum
vniuersis attinenciis suis tam in
silvis quam in pratis et cam-
pis ex vtraque parte amnis qui
Plone vocatur. earum vice per-
petua vobis donacione confir-
mantes heredibusque nostris ob-
seruandum relinquentes. Quod
et si eundem amnem ad prefa-
tam villam fodiendo deduce-
re quiuerint. centum insuper
Marcas si vita comes fuerit
adjiciemus. Si quis igitur in
posterum tam pie nostre in-
stitucioni. quam tam nostre
quam posterorum nostrorum
salutis causa statuimus refra-

./.
gari vel hanc aliquatenus cessa-
re temptauerit districto Dei se
iudicio terribiliter plectendum
nouerit. omnibus vero tam in
hijs quam in aliis eidem loco
sua iura seruantibus eumque
diligentibus ac fideliter promo-
uentibus sit pax et gaudium
perhenniumque participacio bo-
norum.

Dreger: Codex Pomeraniae
diplomaticus p. 23.



1178.

Aleksander III papież klasztór Usedomski (dawniej w Grobie) pod opiekę swą przyjmuje, niemniej posiadłości onegoż wyszczególnia.

Alexander episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Valtero preposito ecclesie sancte Marie Uznoimensis. ejusque fratribus. tam presentibus quam futuris. regularem vitam professis. in perpetuum. Religio-sam vitam eligentibus apostoli-cum convenit adesse presidium. ne forte cujuslibet temeritatis in-cursus aut eos a proposito revo-cet aut robur. quod absit. sacre religionis enervet. Ea propter di-lecti in domino filii vestris iustis postulationibus clementer annui-mus et prefatam ecclesiam in qua divino mancipati estis obse-quio sub beati Petri et nostra pro-tectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes. ut ordo canonicus qui secundum

Deum et beati Augustini regulam
atque institutionem Premonstraten-
sium fratrum in ecclesia. vestra
institutus esse dinoscitur perpe-
tuis ibidem temporibus inuiolabi-
liter obseruetur. Preterea quascum-
que possessiones quecumque bona
eadem ecclesia in presentiarum
iuste et canonice possidet. aut
in futurum concessione pontifi-
cum. largitione regum vel prin-
cipum. oblatione fidelium. seu
aliis iustis modis prestante do-
mino poterit adipisci. firma vo-
bis vestrisque successoribus et il-
libata permaneant. In quibus
hec propriis duximus exprimen-
da vocabulis. Villam Grobe cum
appendiciis suis et ante castrum
Usnoimi totum theloneum foren-
se. et de ipsa taberna decem mar-
cas. Item villam Minucho et clau-
suram piscium ante ipsam vil-
lam. villam quoque Vresteuiz
cum alia terra quorundam Scla-
uorum. Item theloneum de omni-

tibus nauibus illic transeuntibus
vel ad ciuitatem venientibus. Item
in prouincia Lessan villam Reue-
na. super villam Rebeniz villam
et molendinum. In prouincia Si-
lene totum forum. terciam taber-
nam et villam Rochouiz. Item
villam Corene cum hereditate Ne-
manteuiz. Item terciam partem
ville Sclauboriz. In prouincia Gos-
cou villam nomine Dulpo. Se-
cundam Mireuiz. terciam Slatco-
uiz. quartam Spacheuiz. In pro-
vincia Grossuin villam Dobloiz.
et in foro eiusdem tabernam quar-
tam. In Postdeuolc ecclesiam cum
villa vna. Item in prouincia Vke-
re villam Cariuiz. Iuxta castrum
Stetin super Oderam. villam Ce-
lecha et ante castrum Viduchoa
super Oderam situm terciam par-
tem thelonei de omnibus nauibus
ibi transeuntibus. et piscaturam
in fluuio Ticminice. et dimidiam
piscaturam in torrente Crisnice
que pertinet ad villam Damba-

gora. Iuxta castrum Coluberc cen„
sus salis de sartaginibus in omni„
bus diebus dominicis. et ante i„
psum castrum de taberna domi„
ni Boguslaui tres marcas. et
de taberna domini Casimeri fra„
tris ejus tres marcas. et in ea„
dem prouincia duas villas Po„
blota. Suclube. et theloneum de
ponte ante ipsam villam et an„
te pontem tabernam vnam. et
census lignorum que vehuntur
per fluuium Parsandi. Itidem
omnem decimationem seu justi„
ciam quas bone memorie Adal„
bertus primus Pomeranorum epis„
copus pia ecclesie vestre largi„
tione concessit. Cum autem ge„
nerale interdictum terre fuerit.
liceat vobis januis clausis non
pulsatis campanis exclusis ex„
communicatis et interdictis sub„
missa voce diuina officia cele„
brare. Liceat quoque vobis cleri„
cos et laicos e seculo fugientes li„
beros et absolutos absque alicujus

contradictione ad conuersationem
recipere et eos sine contradictione
aliqua retinere. Prohibemus insu-
per ut nulli fratrum vestrorum
post factam in eodem loco pro-
fessionem aliqua leuitate sine
prioris sui licentia fas sit de eo-
dem loco discedere. discedentem
vero sine communium literarum
cautione nullus audeat retinere.
Paci quoque et tranquillati ves-
tre paterna sollicitudine proui-
dere volentes auctoritate aposto-
lica prohibemus vt infra clau-
suram loci vestri seu grangia-
rum vestrarum nullus violen-
tiam vel rapinam furtum seu
incendium committere hominem
capere seu interficere audeat. Se-
pulturam quoque ejusdem loci
liberam esse decernimus. vt eo-
rum deuocioni et extreme volun-
tati qui se illic sepeliri delibera-
verint. nisi forte excommunicati
vel interdicti sint. nullus obsi-
stat. salua tamen justicia illa.

rum ecclesiarum. a quibus mor„
tuorum corpora assumuntur. De„
cernimus ergo vt nulli omnino
hominum liceat predictam eccle„
siam temere perturbare ac ejus
possessiones auferre vel ablatas re„
tinere. minuere. seu quibuslibet
vexationibus fatigare. sed omnia
integra conseruentur eorum pro
quorum gubernacione ac susten„
tacione concessa sunt. vsibus
omnimodis profutura. Salua
sedis apostolice auctoritate et
diocesani Episcopi canonica
justicia. Si qua igitur in fu„
turum ecclesiastica secularisue
persona hanc nostre constitu„
cionis paginam sciens contra
eam temere venire temptauerit
secundo terciove commonita nisi
presumptionem suam digna sa„
tisfactione correxerit potestatis
honorisque sui careat dignita„
te. reamque se diuino judicio de
perpetrata iniquitate cognoscat
et a sacratissimo corpore et san„

gūine Dei et domini redemptoris
nostri Ihesū aliena fiat. atquē
in extremo examine districte sūb-
iaceat ultioni. Cūnctis aūtem ei-
dem loco sūa iūra serūantibūs
sit pax domini nostri Ihesū Cris-
ti. qūatenūs et hic frūctūm bo-
ne actionis percipiant et apūd dis-
trictūm iūdicem premia eterne
pacis inūeniant amen. Ego Ale-
xander catholice ecclesie Episco-
pūs Ss. (S) – ✠ Ego Hūbaldūs Hos-
tiensis Episcopūs Ss. ✠ Ego Iohan-
nes presbiter Cardinalis sanctorūm
Iohannis et Paūli tit. Pamachii Ss.
✠ Ego Iohannes presbiter Cardinalis
tit. S. Marci Ss. – ✠ Ego Petrūs pres-
biter Cardinalis tit. S. Susanne
Ss.v – ✠ Ego Viuianūs presbiter Car-
dinalis tit. S. Stephani in Celio
monte Ss. – v ✠ Ego Petrūs presbiter
Cardinalis tit. S. Grisogoni Ss. v –
✠ Ego Hūgo presbiter Cardinalis tit.
S. Clementis Ss. – ✠ Ego Ardūinūs
presbiter Cardinalis tit. sancte civi-
tatis Iherusalem. Ss. – ✠ Ego Iacobūs

S. Marie in Cosmedyn diaconus car-
dinalis. Ss. — ✠ Ego Ardicius Diaconus
Cardinalis S. Theodori Ss. — ✠ Ego Gra-
tianus Diaconus Cardinalis Sanct.
Cosme et Damiani Ss. — ✠ Ego Mathias
S. Marie nove Diaconus Cardinalis
Ss. — ✠ Ego Ramerius Diaconus Cardi-
nalis S. Adriani Ss. — ✠ Ego Bernar-
dus diaconus Cardinalis S. Nicolai
in carcere Tulliano. Ss. Datum La-
terani per manum Alberti sancte
Romane ecclesie presbiteri Cardina-
lis et Cancellarii XI°. kalendas Mar-
tii Indictione XII^a. Incarnationis
dominice anno M°. C°. LXX°. VIII°. Pon-
tificatus vero domini Alexandri
pape III. anno XX°. —

Dreger: Codex pomeraniae
diplomat. p. 26.

1178. Ostateczny akt Bolesława Wysokiego ks. Szląskiego co do założenia klasztoru w Lubię„niu wydany. –

In nomine sancte et indiuidue trini„
tatis. Ego Boleslaus dux zlesie filius pri„
mogenitus jllustris quondam principis
wladislai maximi ducis zlesie inclite„
que domine adelheydis filie imperato„
ris heynrici quarti. Vniuersis christi
fidelibus tam futuris quam presenti„
bus salutem ac prosperitatem vite pre„
sentis pariter et future. Quamquidem
velocitate dierum nostrorum transitu„
ri sumus quemadmodum fugere so„
let vmbra et euanescere fumus. con„
sultissimum constat anime saluan„
de prouidere. cuius vitam scimus
in eternum permanere Igitur pro di„
lectione domini nostri ihesu christi
liberatoris animarum nostrarum. et
pro veneracione sancte genitricis eius
perpetue virginis marie ac pro in„
teruentu sancti johannis baptiste
et sancti iacobi apostoli. omnium„

÷que sanctorum dei annuente necnon
rogante domino walthero episcopo
wratislauiensi. et eius capitulo. mo-
nachos adductos de portensi cenobio.
quod est in theutonia super salam
fluuium collocatum. in loco qui
dicitur lubens et est in antiqui cas-
tri sinu super fluminis odre fluen-
ta ubi prius pauci monachi nigri
ordinis resederant. ut ibi in vnita-
te et communione sancte catholice
ecclesie sancti benedicti regulam at-
que Cysterciensis ordinis instituta
teneant. in remedium anime mee.
ac pro animabus progenitorum.
affiniumque meorum. anno ab in-
carnatione domini. millesimo. cen-
tesimo. quinquagesimo. Qua propter
omnes attinentias cenobii lubensis.
tam ueteres quam nouas in mea
defensione comprehendo. et successo-
ribus meis per omne tempus huius
seculi tuendas. fouendas. et defen-
dendas sub interminacione ultimi
mangnique iudicij dei pro solo di-
uine remunerationis intuitu recom-

÷

:/:
uendo. Si qua ergo spiritualis per-
sona. secularisue potestas uel quis-
quam de supparijs. vel alijs bonis
hominibus bona aliqua. huic lu-
bensi cenobio. iusta donacione uel
deuota oblacione. seu rata cambicio-
ne. aut vendicione contulerit. in-
concussa et illibata ei semper per-
maneant. secundum apostolica
priuilegia que data sunt cyster-
ciensi ordini in quibus ei confir-
matur integritas decimarum de
terris suis et hominibus pecudibus
et iumentis. Et qua quod deo di-
catum est non nisi diuinis legibus
subiacere debet. Idcirco quicumque
homines. cuiuscumque condicionis.
uel gentis. possessiones huius ceno-
bij coluerint. uel super eas inha-
bitauerint. per abbatem in eis col-
locati. siue poloni sint siue theo-
tonici. uel gallici. cuiuscumque
eciam iuris. ab omni iure poloni-
co sine excepcione aliqua et ab
omnibus seruicijs solucionibus pe-
cuniarijs exaccionibus. araturis ac
:/:

vectigalibus cuicumque debeantur. siue principi siue castellano uel suparijs alijs sint in perpetuum liberi et exempti. nec cogantur cuiquam alteri. nisi abbati et su„is fratribus aliquid soluere. dare. ducere. arare. uel seruicium ali„quod facere aut exhibere. Porro omnes possessiones eorum que nunc sunt. et in futurum erunt tam in predijs quam in hominibus. abbatis et monachorum solum„modo erunt atque dicentur. quia michi eos assumpsi non pro ter„reno seruicio. nec pro agricolis meis uel structoribus. Sed pro sa„cerdotibus et litteratis. diuinorum officiorum celebratoribus. celestium contemplatoribus et oratoribus meis ad deum. ac parentum meorum et sequacium filiorum meorum. Omnes insuper homines in bonis claustri commorantes. cuiuscum„que sint gentis uel condicionis. tam posteri quam presentes. nul„la castra uel municiones mihi

tenebuntur uel cuiquam successo-
rum meorum construere. neque
ad expediciones aliquas extra ter-
ram ire. neque ad hec subuen-
ciones aliquas ministrare in vec-
turis. pecunia. pecoribus. ac an-
nonis. siue coloni sint. siue iudi-
ces uel sculteti. sed medio tempo-
re ad seruicium abbatis et clau-
stri stabunt omnes in propriis
expensis. quidquid ipsis precep-
tum fuerit laborando. Si uero
contigerit hostilem exercitum ter-
ram uelle ingredi. tunc coloni
abbatis. de villis pedites. sculteti
equites ad communem terre de-
fensionem procedere tenebuntur.
Iudicium nichilominus de omni
causa. tam capitis quam ma-
nus. totaliter abbati et monas-
terio do. ut ipse per iudices
suos. tam theutunicos quam po-
lonos. omni querulanti iusticiam
faciat. in quolibet iure. tam suis
hominibus quam alienis. Et quid-
quid solucionis inde euenerit. tam

pro culpis quam pro penis. hoc abbatis et suorum iudicium to-lum erit. Curie quoque claustri quotquot fuerint cum omnibus pertinencijs ipsarum et familiis. omni suprascripta gaudeant li-bertate. quia omne ius et do-minium. ad me et ad succes-sores meos pertinens. ipsi abba-ti et cenobio lubensi. do. trado ac resigno. Nerum ne sanctum canibus dari uideatur. absoluo cenobium lubens et omnes curias. villas et possessiones eius que sub-nectuntur. ab omni conseruacio-ne equorum. canum. falconum. aucupum. venatorum ne res deo date usu nephario consumantur. sed tantummodo in sacerdotum et clericorum usus ministrentur qui cottidie in cenobio deo serui-re debent pro mea meorumque salute exorantes. Tam vero subnec-titur hic possessionum ac here-ditatum descripcio. Cum iure pa-tronatus ecclesie forum lubens et

/
omnes attinencie eius cum omni
vtilitate et plenaria libertate in
quo panium. carnium. tabernas
quotquot eis vtilia videbuntur
maccella possunt collocare mer-
candi. vendendi secundum quod
nouiforenses utuntur omnimoda
frui debent libertate et eidem fo-
rum habens. iure teutonico ple-
nam ipsis quando voluerint lo-
candi presto facultatem Item
fluuium odre et termini circa
odram cum vtroque littore et vl-
tra transitus fluuij eiusdem cum
naulo suo. cum siluis. pratis. a-
gris. pascuis. aquis. piscacioni-
bus. venacionibus. castoribus et
mellificijs. atque molendinis
cum omni iure meo ducali cum
omni dominio cum omni liber-
tate cum omni vtilitate. que
nunc est super terram in omni-
bus Bonis et predijs claustri. et
que sub terra esse poterit in fu-
turum nulli de hijs omnibus de-
bendo aliquam porcionem. Item
/

duas villas meas Moyges maio-
rem et minorem. cum iure pa-
tronatus ecclesie. et cum omni
iure meo ducali. cum omni do-
minio. cum omni libertate. cum
omni iudicio. vtilitate et fructu
super terram et in terra cuius-
cumque minere. cum exaccioni-
bus. censibus. ac omnibus perti-
nencijs. secundum quod in metis
et grenicijs suis. ab antiquo fue-
runt et sunt distincte abbati lu-
bensi et conuentui suo trado con-
fero et resingno Item transitus
odre circa Kose. cum naulo suo
et via publica que ducit in cho-
mezam et vlterius in nouum fo-
rum. Item Bogunow. Dobrogos-
tendorf. Godekendorph. mertins-
torph. wilksin et bresina. cum
omnibus suis circuitionibus et
attinentijs. secundum quod in
metis et grenicijs suis limitate
sunt et distincte cum agris cul-
tis et incultis. pratis. pascuis.
paludibus. Siluis. mericis. lingnis.

/ rubetis . mellificijs . aquis . aque=
ductibus . riuulis . molendinis cum
censibus et prouentibus . cum omni
iure meo ducali . cum omni do=
minio . cum omni libertate . cum
omni vtilitate cum omni iudi=
cio . manus et capitis abbati et
conuentuu . lubensi trado confero
et resingno . ita vt ammodo nul=
lus iudicum uel suppariorum
meorum uel posterorum meorum
nichil iuris seu iudicij . nec man=
dati habebunt . nec habere debent .
in omnibus villis . hereditatibus .
possessionibus . Bonis predictis que
nunc habent uel in futurum a
meis successoribus seu alijs chris=
ti fidelibus habere poterunt . Sed
omnia iura . iudicia ex quibus=
cumque causis . vlnerum et mor=
tis . ad abbatem et iudices mo=
nasterij pacifice perpetue debent
pertinere . iudicibus meis et om=
nium posterorum meorum irre=
quisitis . nichil michi nec omni=
bus posteris meis . quidquam iuris .

iudicij. dominij seu precepti peni„
tus reseruando. in dictorum mo„
nachorum predijs atque bonis.
Et hec omnia et singula succes„
soribus meis integra et illibata
semper in omne seculum fouen„
da et conseruanda super eorum
animas recommendo. Verum ne
quis in posterum hec infringere
ausu temerario presumat et ne
quis res uel possessiones prefati
monasterij quolibet modo vi uel
fraude diminuat. Sigilli mei ea
communiui inpressione. et appen„
sione ad presentem paginam ad„
hibitis ydoneis testibus quorum
nomina sunt hec. Boleslaus et Ja„
roslaus duces filij mei. et Bole„
slaus dux de Ratibor et Conra„
dus frater eius dux de glogou.
zuineslaus. Janus. Obeslaus da„
pifer. et Jeronimus Cancellarius
meus qui presentia habuit in
commisso. Johannes et Theode„
ricus Capellani mei Stephanus
Castellanus de legenitz fredericus

i

castellanus de sagan. et alij quam plures nobiles viri clerici et laici. Acta sunt hec publice et data in legenitz Anno ab incarnatione domini. millesimo. centesimo. sexagesimo Octavo in die beati mychahelis archangeli.

Büsching: Leubus. p. 18.


1178.

Kazimierz Sprawiedliwy uposaża klasztór Sulejowski niektóremi posiadłościami wraz z osadnikami.

Acta sunt hec in nomine domini. anno ab incarnacione M°C°LXX°VIII°. Nouerit presens etas omniumque ho„minum posteritas, quod ego Kazimi„rus dux Polonie contuli deo et ca„pellanis meis de Sulco in elemosi„nam in perpetuo possidendam Sgi„mir coqualiz camerarium meum et fratres eius cum hereditate eo„rum. Contuli eciam aulco et fra„tres eius cum hereditate eorum de voluntate et consensu fratris mei Mesconis, sortem eciam utrossonis et sortem Damiani eisdem contuli. Villam quoque Stanzor cambire cum Sthilin concessi. Chennam cum Siborio de mea voluntate pro Stras„souiz cambierunt. pro qua eis Do„massoloviz et Stampiz commutavi. Ut autem hec rata in euum per„maneant, testes sunt: Petrus Ar„

chiepiscopus Gnesnensis, qui ad me-
am petitionem dictis fratribus pre-
nominatarum sorcium decimam
contulit et sigillo proprio presens
instrumentum munivit. insuper
et Pholca Episcopus Cracouiensis.
qui presens priuilegium manu pro-
pria nostro precepto tam nostro
quam suo sigillo roboravit. Qui-
cunque hanc cartam aliquando
violare presumpserit, anathema
sit. amen. –

Helcla kopiarz dyplom.



1177


(1181.)

Aleksander III papież zatwierdza ustanowienia zjazdu Łęczyckiego z r. 1180. -

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. dilecto filio Nobili viro Cazimiro Duci Polonie salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte tue magnitudinis relatum est nobis. quod de consilio archiepiscopi et episcoporum Polonie. et principum terre quasdam abusiones et solitas iniurias ab ecclesijs et personis ecclesiasticis amputasti. constituens ne bona decedentium episcoporum amplius confiscarentur. Constitutum est etiam. ut si quis, piam in res defuncti episcopi manus iniecerit. vinculo anathematis teneatur. nec presumat ullus raptorum defuncto episcopo succedere. donec absolutionis beneficium assequatur. ablatis restitutis. vel oblatorum congrua estimatione premissa. Consuetudinem

autem. que a principibus terre
seruabatur. videlicet. ut quocum-
que pergerent pompatice. inua-
dentes horrea pauperum euacua-
rent. etsi inter absentes aliquid
negotioli quandoque contigerit.
impij satellites discurrentes rap-
tos quoscunque caballos, paupe-
rum agrestium vel eneruarent in
cursu. vel omnino destruerent. de
ecclesiasticorum et secularium vi-
rorum consilio emendasti. Vnde
quoniam constitutionem tuam
iustam pariter et honestam au-
toritate nostra postulas confir-
mari. Nos tuis iustis postula-
cionibus annuentes constitutio-
nem prescriptam. sicut in scrip-
to autentico super hoc facto ha-
betur. autoritate apostolica con-
firmamus et presentis scripti pa-
trocinio communimus. Sub inter-
minatione anathematis prohi-
bentes, ne quis eam violare ali-
qua ratione presumat. Nulli er-
go homini omnino liceat hanc

paginam nostre confirmationis infringere . aût ei aûsû teme„ rario contraire . Si qûis aûtem hec attentare presûmpserit . indi„ gnationem omnipotentis dei et beatorûm Petri et Paûli apostolorûm se noûerit incûrsûrûm.
Datûm Tûsculani quinto calen„ dis Aprilis . Pontificatûs nostri anno decimo octaûo.




1181.

Kazimirz I. ks. pomorski nadaje klasztorowi w Stulp zastawę rybną w Lubinie, piątą od morza.

In nomine sancte et indiuidue tri-
nitatis. Kazimarus Dei gratia Dux
Slauorum. Uniuersis hoc scriptum in-
specturis salutem in vero salutari.
Que ab hominibus geruntur in tem-
pore. ne in obliuionem cadant cum
transitu temporali. scriptis autenti-
cis et sigillorum munimine sunt
confirmanda. vt ad posterorum
noticiam euidentibus indiciis vale-
ant peruenire. Unde notum esse vo-
lumus tam presentibus quam fu-
turis. quod nos virorum reuerendo-
rum Helmwigi abbatis et confra-
trum suorum deuotis petitionibus
inclinati. ob salutem nostre anime
promerendam. contulimus ecclesie Ztol-
pensi clausuram piscationis in Lu-
bin. quintam a latere maris liber-
tate perpetua possidendam. in sub-
sidium congregationis sub regula

beati Benedicti domino militan-
tis. Cupientes etiam providere, vt
hec nostra oblatio a nostris here-
dibus et ab aliis quibuslibet rata
et inconuulsa jugiter habeatur.
eam presenti scripto et sigilli
nostri muninine duximus robo-
randam. Testes sunt hii. Domi-
nus Conradus prepositus. Gerhar-
dus. Ermfridus. Canonici. Vni-
ma Castellanus. Wiczlaus. Cetz-
laus. et plures alii Caminenses.
Datum in Camin. anno incarna-
tionis Dominice. Millesimo. cente-
simo. octogesimo primo. VIII°. Idus
Iunii.-

Dreger: Codex pomeraniae
diplomat. p. 29.



1183.


Konrad I biskup pomorski uposaża klasztór w Kolbas dziesięcinami z różnych włości.

Conradus Dei gratia Pomeranorum Episcopus. Dilectis in Cristo filiis Domino Everardo abbati de Colbas, Hermanno priori totique conventui salutem et dilectionem. Quoniam fratres Cisterciensis ordinis a seculari cura remotos et diuinis officiis mancipatos religiose conuersari cognovimus, idcirco dilecti in domino filii iustis peticionibus vestris vltro annuere decreuimus. Statuimus igitur ut quascunque possessiones quecumque bona monasterium vestrum in presenti iuste possidet & canonice aut in futuro largitione principum vel oblatione fidelium seu propriis laboribus vestris poterit adipisci, vobis firma vestrisque successoribus & illibata permaneant. Et quoniam vbi spiritus domini

ibi libertas. vt expediciu̇s celestibus
obsequiis pariterque liberius et ora„
tioni vacare possitis in temporali„
bus quoque vobis concurrere ne„
cessarium duximus ideoque ha„
rum decimas villarum vobis vltro
contradimus. Niznan. Solow. Dam„
bina. Bruchowe. Cirnowe. Cabowe.
Babyn. Zelizlauiz. Gluma. Znir„
dniza. Sosnowe. Reptowe. Recow.
Damba. Schoneuelt. Nam domino
adjuuante per manum Domini
Alexandri pape nobis quoque
a subditis vestris decimas exhi„
beri obtinuimus sicut consuetu„
do solempnis est vbique terra„
rum fidelibus populis. Vt autem
hoc bone voluntatis nostre bene„
ficium illibatum firmumque
permaneat sigilli nostri aucto„
ritate munimus et perpetua
stabilitate roboramus. vt si quis
imminuere vel auferre presum„
pserit nisi resipiscat anathe„
ma sit. Hujus rei testes sunt.
Petrus Capellanus meus et Paulus.

Eustachius cellerarius. Herbertus
cantor. Hermannus Prior. Widi-
chindus. Thevericus. et alii plu-
res. Facta sunt autem hec an-
no ab incarnacione domini M°.
C°. LXXXIII°. et nostri pontificatus
Anno XX mo. Apostolice sedi pre-
sidente domino Alexandro. –

Dreger: Codex Pomeraniae
diplomat. p. 31.



(1183.)


Boguslaw I ks. pomorski zatwierdza klasztorowi w Kolbas wieś Przytusp, nadaną przez ks. Kazimirza I r. 1176.

In nomine Domini. Ego Buguzlaus Pomeranorum Dei gratia Dux. Universis Cristi fidelibus. noverit tam presentium quam futurorum karitas. Quod frater meus beate memorie Kazemarus in honorem Dei et Domini nostri sanctissime que virginis Marie fratribus Cisterciensis Ordinis in Colbas conversantibus locum qui vocatur Prilosp ob remedium sue anime successorumque suorum obtulit. quem et his terminis distinxit. videlicet a Plona usque ad quercus que subiacent castro Carbe e quibus aliquas propria manu designavit ad testimonium signi evidentioris. Deinde usque ad quercum secus viam. sicque contra aquilonem ad salicem. inde versus ad orientem in Goucnam. abhinc

quoque usque ad lapidem qui vo-
catur Lec. deinde in Plonam. Quod
et ratum et inuiolabile permane-
ret sigilli proprii impressione mu-
nire curauit. Et quia fratres pro-
prias colligere fruges non suffi-
ciunt. colonos quoscumque ibi po-
suissent ab omni exactione secu-
laris iuris liberos esse statuit. su-
isque successoribus tam pro ipso-
rum quam et pro sua salute id
obseruandum reliquit. ne scilicet
edificare aut reparare vrbes co-
gantur. Sed neque iudicium quis-
quam secularium eis molestus sit
in ullo negocio. quinymo sanc-
tis illis in Colbas et fratribus in
pace deseruiant. Ego autem ob
eterni patris et defuncti fratris a-
morem et tum mei quam mee
successionis perpetuam salutem
statutis eius libenter annuens.
hanc eius pie donationis largi-
tionem confirmo et presenti scrip-
to sigilli mei impressione mu-
nito. contra omnium deinceps

inuasorum molestias corroboro.
Testes sunt hii. Berno episcopus.
Walterus prepositus. Sifridus pre-
positus. Suantoboriz Wartizlauus.
chirogneu. frater eius Monic. Zlau-
ter Priba Pricetsic et alii multi.

<u>Dreger</u>: Codex pomeraniae
diplomaticus. p. 30.



1184.

Bogusław I ks. pomorski klasztór w Grobie założony na górę Panny Maryi pod Uzedomem przenosi. –

Boguslaus Dei gratia Dux Pomeranorum. Vniuersis Cristi fidelibus. Manifestum est pluribus contemporaneis nostris qui nos facie vel fama nouerint quod quoniam ita res exigit. ad successorum etiam nostrorum noticiam presentium literarum indicio transmittere dignum duximus. qualiter fidem catholicam qua in Cristum corde credere didicimus nonsolum ore verum et opere pio confiteri solemus. Et quidem pietatis opera multiformia esse audiuimus. omniaque pro facultate nostra sollicite exercere debuimus. Sed quia ad singula exequenda minus sufficimus licet eorum prorsus nullum negligenter omittere velimus. Vnum tamen quod pre ceteris in hac rudi gente precipue necessa-

rium censuimus. obnixius am-
plexati sumus. hoc est ad sacrifi-
cium et laudes creatori nostro im-
molandas. sanctorum basilicas ex-
struere ornatu et suppellectile con-
grua redimere et ad sustentandos
eorum ministros aliquantula do-
te instaurare. Quod cum in plu-
ribus jam locis diuina preuenti
et adiuti gratia perpetrauimus.
nunc ad montem sancte Marie
manum mittimus. quem vtique
sic appellari statuimus ob vene-
rationem beate Dei genitricis cu-
jus ibidem ampliori sumptu mo-
nasterium edificare proponimus
in quo etiam dilectissimum fi-
lium nostrum Wartislawm in
presentiarum de hujus seculi erum-
pnis euocatum sepulture tradi
voluimus. Siquidem congregatio-
nem canonicorum Grobensium
quos sepius inter meditationes
spirituales popularis frequen-
tie clamor et forensium negotio-
rum importunus strepitus pertur-

tiat. qūos oratorii sūi ipsiūsqūe
qūem inhabitant loci angūstia
coartat qūos nichilominūs im-
pūrioris aqūe et corrūptioris
aeris molestia graūat. illic de-
creūimūs collocare. qūatenūs ab
hiis omnibūs seqūestrati incom-
modis. diūinis officiis atqūe re-
gūlaribūs qūibūs institūti sūnt
disciplinis tanto deūotiūs qūan-
to expeditiūs insistere valeant.
Nemo igitūr vel inūidie vel aūa-
ricie concitatūs spiritū. adūer-
sūs illos qūerele aditūm hac oc-
casione se inūenisse existimet.
nemo contra ipsos aūt contra
bona ipsorūm calūmpniam
paret. sic enim ad locūm no-
ūellūm demigrant. vt veterem
non derelinqūant. in isto sic
militare Deo intendūnt. vt in
illo diūinūm obseqūium deficere
neqūaqūam permittant. Qūam-
obrem omnes redditūs. omnia
predia. vniūerse deniqūe posses-
siones. qūas ex donatione Rati-


tori patrui nostri. seu munifi-
centia fratris nostri Kazimeri.
siue etiam largitione nostra a-
liorumue quorumcunque fidelium
gratuita liberalitate vel vendicio-
ne in loco priore prefati serui
Cristi possidebant. volumus et in-
dissolubiliter sancimus. ut integre
et inconuulse ad locum ad quem
transeunt deinceps cuncta per-
petuo iure pertineant. In pro-
vincia scilicet Vanzlowe ecclesia
Grobensis cum ipsa villa et agris
et pratis adjacentibus. Ante cas-
trum Vznum decem marce de
taberna annuatim et forense
theloneum. Theloneum quoque
de nauibus ante idem castrum
in lacu magno transeuntibus.
villa Brezix. villa chinichowe.
villa Wresteuiz. villa Sekerina.
singule cum appendiciis suis.
In prouincia Groziwine villa
Dobloviz et in foro ejusdem pro-
uincie decem marce de taberna.
In prouincia Gozcowe. villa Dol-

sowe. villa Spaceuiz. villa Mire-
uiz. villa Tolatkouiz. cum ter-
minis earum cultis et incultis.
In prouincia Tcitene forense the-
loneum et tertia pars de taberna
et villa Corone et tertia pars vil-
le Tlauboriz. et super riuum Ri-
beniz villa una cum loco mo-
lendini. In prouincia Lessan
villa Reuene. et super riuum
Bebroa locus molendini. Iuxta
castrum Stetyn super Oderam
ville due Zelechva et Teplina cum
appendiciis suis. Ante castrum
Viduchowa super eandem Ode-
ram situm tercia pars thelonei
de nauibus ibidem transeunti-
bus et piscatura in fluuio Tech-
minice. Dimidia quoque pisca-
tura in torrente Crisinice que
pertinet ad villam Damboguy-
re. In Colubriech census salis de
sartaginibus dominica die et
ante ipsum castrum sex mar-
ce de taberna. et due domus ad
quatuor sartagines. et in eadem

provincia dñe ville Poblote et
Szvelube et theloneum de ponte
scilicet de vnoquoque curru
per eum transeunte denarii duo
et panis vnus. et de quolibet ho-
mine salem ibi coquente et per
eundem pontem transeunte de-
narius cromatorum. et ante i-
psum pontem taberna et dimi-
dius census lignorum que vehun-
tur per fluuium Parszandi. In
castro Belegarde taberna vna et
tertius denarius de thelonio plau-
strorum ibidem transeuntium.
Ad hoc quoque adicimus dan-
tes eis licentiam figendi clau-
suras piscium in hostio lacus,
quo intratur versus castrum
Vznum. et libertatem trahendi
retia in quocumque loco volu-
erint. videlicet in Werpene vel in
Lutense sive vbicumque trahi so-
lent sagene ad nostram specia-
liter mensam pertinentes. Acta
sunt hec anno dominice incar-
nationis M°. C°. LXXXIV°. Indictione

tercia. X°. Kalendas Martii. quo videlicet die dedicatum est atrium in memoria nominis gloriose Dei genitricis et perpetue virginis in ipso ejus monte de quo nunc agitur a domino Conrado secundo Pomeranorum episcopo qui et testis est hujus actionis una cum abbate Aulpense Henrico. et clero et populo plurimo qui convenerant ad exequias adolescentis Wartislavi jam quatriduani defuncti.

Dreger: Codex Pomeraniae diplom. p. 32.



(1184.)


Bogusław I ks. pomorski potwierdza klasztorowi w Kolbas wieś Przytup, a zarazem nada je wieś Górna, i las Starogrodzki.

Ego Bugizlauus Pomeranorum Dei gratia Dux Uniuersis Cristi fideli-bus. Nouerit tam presentium quam futurorum caritas quod frater me-us Kazemarus in honorem Dei et domini nostri sanctissimeque vir-ginis Marie fratribus Cisterciensis ordinis in Colbas locum qui vocatur Prilep ob remedium anime sue suo-rumque successorum obtulit quem et his terminis distinxit videlicet a Plo-na vsque ad quercus que subjacent castro Carbe. e quibus aliquas pro-pria manu designauit ad testimo-nium signi euidentioris. Deinde vs-que ad monticulum qui distinguit terminos Brode et Dambiz. ab orien-tali vero parte terminus est vsque ad lapidem qui vocatur Lec. dein-de in Plonam. Quod vt ratum et inuiolabile permaneret sigilli pro-

prii impressione munire curauit.
Processu vero temporis cum jam ca-
rissimus frater meus viam vniuer-
se carnis egressus fuisset ac supra-
dicta possessio a fratribus culta
esset contigit me in Colbas deue-
nire ibique ab abbate Euerhardo
ceterisque eiusdem loci fratribus
hospitalem domum pro villa que
dicitur Gorna emere mediante
Svortino. Cumque predicti fratres
jam de transponenda domo su-
pradicta disponerent contigit fi-
lium meum Bugixlaum graui
periculo desperatum ad extre-
ma deuenire. ego vero ob salu-
tem filii dilecti domum supra-
dictam cum villa dedi cum
omnibus attinentiis suis. Insu-
per etiam eis addidi libertatem
omnium siluarum que sunt in
omni prouincia Stargarden ad
domos construendas ad nutri-
menta jumentorum ad pascua
qualiumcunque animalium cete-
rosque suos vsus ac suorum colo-

norum. Et quia fratres proprias
colligere fruges non sufficiant. co-
lonos quoscunque ibi posuisent
ab omni exactione secularis juris
liberos esse statuo meisque succes-
soribus tam pro ipsorum quam
pro nostra salute id observandum
relinquo, ne scilicet edificare aut
reparare vrbes cogantur vel isti
aut alii ipsorum villani. sed ne-
que judicium quisquam secula-
rium eis molestus sit in vllo ne-
gotio. quinymo sanctis illis in
Colbas et fratribus in pace deser-
uiant. Quod vt ratum et inui-
olabile tam pro nostra quam
pro successorum nostrorum sa-
lute per secula permaneat. hanc
pie nostre donationis largitio-
nem confirmo et presenti scrip-
to sigilli mei inpressione muni-
to contra omnium deinceps in-
uasorum molestias corroboro. Tes-
tes sunt hii Barnizlaus. Pricesk.
Wogard. Wocesk. Suentin et alii multi.

Dreger: Codex pomeraniae di-
plomat. p. 35.



(1184.)


Bogusław I ks. pomorski na-
daje klasztorowi w Grobie
wieś Bubaliz położoną w zie-
mi Gückowskiej.

In nomine sancte et indiuidue tri-
nitatis. Ego Boguslauus princeps Po-
meranorum. Ex paruis magna per-
pendens et humilibus sublimia com-
ponens. considero. quod quilibet de
plebe causam acturus in conspectu
nostro. qui superiores ceteris videmur.
tanto confidentius ingreditur. si
quis de nobilioribus et familiaribus
nostris ipsi in causa patrocinium
pollicetur. Hinc itaque colligo. quod
pro commissis nostris coram sum-
mo judice fiducialius preces fun-
dere possumus si de sanctis ipsius
aliquos intercessores habuerimus. -
Hac igitur excitati et animati con-
sideratione omnino necessarium et
rationabile esse astruimus. ut qui-
buscunque valemus meritis etiam
sanctorum Dei amicitiam compara-
remus. Propterea ut per multorum

noticiam testium ratum permane,
at. et inconuulsum quod facimus.
Vniuersis fidei Catholice domesti,
cis tam presentibus quam futuris
palam fieri cupimus. Quod ec,
clesie beate et intemerate virgi,
nis genitricis Dei Marie sancti,
que Godehardi que in vico Gro,
be sita est. vnam villam scilicet
Bubaliz in prouincia Gotzco in
possessionem perpetuam largimur
ad sustentationem fratrum qui
Dei et predictorum sanctorum ob,
sequiis in loco prememorato fa,
mulantur. Hoc autem idcirco fa,
cimus vt dupliciter tam proprie,
quam fratris nostri Kazimeri
anime vtilitati consulamus. qua,
tenus scilicet hic a quodam de,
bito quo prefate ecclesie astrictus
tenebatur. expediatur inde. vt ipso,
rum fratrum crebris orationibus
nostri et ipsius commemoratio
crebrius immisceatur. Quod vt in,
dissolubiliter stabilitum perpetim
perseueret. Literas huius rei indi,

ces nostri sigilli confirmatione muniimus. Testes vero hujus actionis sunt. Wenzeslauus Castellanus de Wolyn qui in anniversario ejusdem fratris nostri sub confirmatione juramenti predictam villam a fratre nostro pro suo debito ecclesie ibidem collatam fuisse testabatur. Pribo et alii quamplures. -

Dreger. Codex Pomeraniae diplomat. p. 34.



1185. Papież Urban III zatwierdza przeważne przywileje biskupów krakowskich tudzież całość ich posiadłości.

Urbanus Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Fulconi Cracouien. episcopo. eiusque successoribus canonice substituendis In perpetuum. In eminenti sedis apostolice specula constituti. fratres nostros episcopos tam propinquos quam longe positos fraterna debemus caritate diligere. et ecclesijs quibus domino militare noscuntur. suam dignitatem et iustitiam conseruare. Eapropter Venerabilis in Christo frater tuis iustis postulacionibus clementer annuimus. et prefatam Cracouien. ecclesiam cui deo auctore preesse dinosceris. sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes. ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possi-

det. aut in futurum concessione pon-
tificum. largitione regum. uel prin-
cipum. oblatione fidelium. seu alijs
iustis modis prestante domino pote-
rit adipisci. firma tibi tuisque suc-
cessoribus et illibata permaneant. Ad
hec consuetudinem a predecessoribus
tuis hactenus obseruatam. ut uidelicet
Cracouien. episcopus post Metropoli-
tanum Polonie prouincie primum
locum et uocem obtineat ratam es-
se decernimus. eamque tibi et suc-
cessoribus tuis auctoritate apostolica
confirmamus. Statuentes. ut sicut a
predecessoribus tuis sepius factum es-
se dinoscitur. eidem Metropolitano
manum in sua consecratione im-
ponas. Nichilominus etiam presenti
decreto statuimus. ut nullus infra
fines parochie tue. sine assensu tuo ec-
clesiam uel oratorium edificare pre-
sumat. saluis tamen priuilegijs Ro-
mane ecclesie. Sane si metropolita-
nus tuus aliquid a te tuisque suc-
cessoribus preter obedientiam et re-
uerentiam debitam. et obsequia con-

tũcta. uel principes terre contra li-
bertatem quam hactenus habuit eccle-
sia supradicta petierint. liberum ti-
bi sit. tuisque successoribus. auctori-
tate apostolica denegare quod peti-
tur. Prohibemus insuper ne par-
rochianos tuos interdictos uel excom-
municatos a te tuisque successoribus.
ad officium seu communionem ec-
clesiasticam. sine conscientia seu con-
sensu tuo quisquam admittat. nisi
forte periculum mortis immineat. ut
dum presentiam tuam habere nequi-
uerunt. per alium secundum formam
ecclesie. satisfactione premissa opor-
teat ligatum absolui. Decernimus er-
go ut nulli omnino hominum lice-
at prefatam ecclesiam temere per-
turbare. aut eius possessiones aufer-
re. uel ablatas retinere. minũere.
seũ qũibuslibet uexationibus fatiga-
re. sed omnia integra conseruen-
tur. eorum pro quorum guberna-
tione ac sustentatione concessa
sunt usibus omnimodis profutura.
salua sedis apostolice auctoritate.

et Metropolitani sui debita reveren-
tia. Si qua igitur in futurum ec-
clesiastica secularisve persona hanc
nostre constitutionis paginam sciens
contra eam temere venire tempta-
verit. secundo tertiove commonita.
nisi reatum suum digna satis-
factione correxerit. potestatis hono-
risque sui careat dignitate. ream-
que se divino iudicio existere de
perpetrata iniquitate cognoscat.
et a sacratissimo corpore et san-
guine dei. et domini redempto-
ris nostri Iesu Christi aliena fi-
at. atque in extremo examine
districte ultioni subiaceat. Cunc-
tis autem eidem loco sua iura
servantibus sit pax domini nos-
tri Iesu Christi. Quatenus et hic
fructum bone actionis percipiant
et apud districtum iudicem pre-
mia eterne pacis inveniant. Amen.

Ego Urbanus catholice ecclesie
episcopus.

Ego Theodin. portuen. et sancte
Rufine episcopus.

Ego Henricus albanen. episcopus.


∴ Ego Theobaldus hostien. et velle-
trien. episcopus.
Ego Iohannes presbyter cardina-
lis tt. sancti Marci.
Ego Laborans presbiter cardinalis
sancte Marie trans tiberim
tt. Calixti.
Ego Pandulfus presbiter cardi-
nalis tt. XII Apostolorum.
Ego Albinus presbiter cardinalis
tt. sancte crucis in ierusalem.
Ego Melior presbiter cardinalis
sanctorum Iohannis et
Pauli tt. Pagimachij.
Ego Ardicio sancti Theodori
diaconus cardinalis.
Ego Gratianus sanctorum Cosme
et Damiani diaconus car-
dinalis.
Ego Soffredus sancte Marie in
via lata diaconus cardinalis.
Ego Rollandus sancte Marie in
Porticu diaconus cardinalis.
Ego Petrus sancti Nicholaj in
Carcere Tulliano diaconus
cardinalis.

∴

† Ego Radulfus sancti Georgii ad
üelūm aureum diaconus car-
dinalis.

Datum Verone per manus Trans-
mundi sancte Romane ecclesie Nota-
rij. II. Non. Febr. Indictione quar-
ta. Incarnationis dominice Anno
M. C. LXXXV. pontificatus uero do-
mini Urbani pp. III. Anno pri-
mo. –

Gładyszewicz: Żywot Pran-
doty. str. 245.



1185.

Żyro wojewoda mazowiecki uposaża wsiami kościół N. P. Maryi na przedmieściu w Płocku.—

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno MCLXXXV Indictione nona epacta XXVIII concurrente 1. Regnantibus in Polonia Kazimiro duce et Misicone fratre suo. Ego Ziro per diuinam misericordiam Masovie palatinus considerans et sepe pertractans quam bonum et quam deo placitum esset, si ea que a parentibus et avis nostris collata sunt ecclesie sancte dei genitricis Marie que in suburbio plocensi sita est, videlicet villas et predia ad priorem statum utilitati eiusdem ecclesie revocare et congregata et ab iniustis possessoribus abstracta perpetuo iure ad honorem matris domini quoad possem stabilire conarer.

nie ma wspomnienia o Lendzie, więc dokument po [illegible] śmierci wydany

Cum igitur curam prefate eccle-
sie suscepissem quoniam sem-
per adesse festinant tempora et
nihil in eodem statu permanet
ex quo parua ~~est~~ apud poste-
ros priorum est memoria per-
utile duxi, ut que predecessores
nostri pro remedio peccatorum
suorum sese iam dicte ecclesie
contulerunt scripto mandarem et
nominalim tam villas quam ec-
clesias illi loco pertinentes huic
carte inscriberem, ne quis diabo-
lica surreptione stimulatus ali-
quid ex hiis que semel deo vel
matri eius oblata sunt presu-
mat distrahere, periculum est
enim incidere in manus dei vi-
ventis. hec itaque sunt nomina
villarum quibus a prioribus pre-
fata ecclesia dotata est. Vzsec
cum lacu et omnibus appendi-
ciis. forum de Rochne cum ta-
berna. Opinogole cum terminis
suis. Otrosow. Cholpow. popla-
tin. dnug. Ostrowantz cum ec-

clesia Siroczi murine. Hec sunt
ex antiquo attitulate. omnino ve„
ro quia isti bene et religiose de
resurrectione cogitauerunt, qui pro
spe diuine remuneracionis talia
vota deo obtulerunt. Ego iam
prefatus Ziro misericordia dei in„
digens apposui animum quate„
nus merces domini mei Thesu
Christi in eadem ecclesia ali„
quo denario quod acceptare pre„
cor dignare honorarem. offero
igitur et offerendo confirmo ne
unquam a seruiciis dei genitri„
cis auelli valeant villas quas
sudore seruicii mei acquisiui vi„
delicet partici psonina Vrran„
ci drancovo que omnes super
fluuio bugu site sunt. his e„
ciam Schopno cum ecclesia.
quam auia mea Dobromila
ab heredibus XXX marcis argen„
ti comparauit adiungere cu„
raui. Et quia hec taxata dei ec„
clesia ad sortem dei electa sine
insigni gubernacione et per se

sŭbsistere non valet cŭm omni conamine et cordis affectŭ dilec-
te Hallensi ecclesie ipsam com-
mittimus. Et ŭt ea qŭe ad spi-
ritŭalia pertinent ei sub-
pedidet statŭimus et ŭt incon-
ŭulsŭm permaneat sanximus.

(Hŭbe) Kopiarz chagole-
burski.


Ledebŭr: Allgemeines Ar-
chiv. T. XIV p. 72.

1185. Leszek ks. mazowiecki kapitule kujawskiej zamek Płońsk, kaplicę w Gniewkowie, tudzież wsie Kowale i Kurów nadaje.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Lesco Dux notum facio omnibus Christi fidelibus, me contulisse domino et beate virgini Marie, et canonicis in veteri Wladislavia pro remedio anime mee perpetualiter castrum Zlonense cum omnibus appendicijs eius, insuper capellam in Gniewco, et hoc salvo concambio Cruswiciensis Monasterij Beati petri Apostoli addimus, et ecclesiam cum villa in Kowale et aliam que dicitur Curow cum omnibus ad eas pertinentibus. De foro eciam in novo Wladislaw annuatim de moneta decem marcas argenti, de cellario eciam in veteri Wlodislaw omni anno decem urnas mellis. Hec prescripta contuli Deo meo et sanctissime genitrici eius inconvulse. Qui autem hoc datum Deo minuere, aut auferre, aut aliqua te-

ineritate violare voluerit, perpetuo
anathematis vinculo subiaceat, et
in extremo examine coram iusto
iudice Deo mihi respondeat. An-
no Dominice incarnacionis M°C°
LXXX°V° Epacta. XVII. concurrente
prima XIII. Kalendas Februarii. col-
lata sunt hec.

Rzyszczewski: Codex diplom.
Poloniae. II. 5.



(1186.)


Boguslaw I ks. pomorski probostwu kamińskiemu zamek Lubin nadaje i swobodami obdarza. -

Bugslaus Dei gratia Leuticie Dux omnibus in perpetuum. Notum esse volumus universis. Quod cum frater noster bone memorie Kaszemarus castrum Lubbin cum omnibus suis pertinentiis olim contulerat ecclesie sancti Nicolai que sita est in eodem castro. nos nequaquam presumentes eius propositum irritare. ex consilio venerabilis patris nostri Sifridi Caminensis Episcopi et aliarum ecclesie personarum de ipso loco taliter duximus disponendum. quod ad prepositurum pertineat Caminensem. Predictum igitur locum Lubbin cum omnibus villis suis, agris cultis et incultis. pratis. pascuis. silvis. aquis et clausuris. que vel habentur vel fieri poterint infra terminos qui pertinent ipsi loco libere conferimus ecclesie Caminensi. et ad

ipsius ecclesie prepositurам volu-
mus perpetuo pertinere. ipsumque
cum omnibus villis suis liberum es-
se volumus et ab omni exactione
et seruicio et a qualibet extorsio-
ne quocunque nomine censea-
tur. que nobis et nostris succes-
soribus debentur. et soli preposi-
to Caminensi facimus obliga-
tum. Hec igitur ad eundem lo-
cum pertinent que hic propriis
nominibus explicamus. Vicus an-
te ipsum castrum. Lubbin. Ville
Trestinqow. Soramtzt. Lusta. Kam-
penze. Szulemino. Szelazo. Ville
Vitenze in terra Qutzecow. dimi-
dia villa Breszkow in terra Pi-
ritz. decem marcas. in Colberg
de taberna nostra. naues et ta-
berne inter Swinam et Swantuntz.
clausure in ipsis. Vszl cum vil-
la Lewen et taberna. mansus
vnus in villa Szolbino cum de-
cimo rustico Sczolbitz. omnes
clausure que sunt in Swina.
totum desertum quod extenditur

a Swina vltra lacum Gardino et vltra villam Charnitiz cum mellificio et venatione. decimi rustici Pletsenitz. Huius rei testes sunt. Sifridus Episcopus Caminensis. Conradus prepositus. Boguslaus. Boguslaus. Reynerus. Hartinghus qui de eodem loco in abbatem Stolpensem est electus. Laici. Warlislaus cum filio suo Kasimaro. Tenik. Toroqueus. Pribislaus filii Borconis et alii quam plures.

Dreger: Codex pomeraniae diplomat. p. 36.




1187.

Kazimierz Sprawiedliwy rozstrzyga spór między Kapitułą Płocką a Krzywosądem o kaplicę św. Benedykta.

Anno millesimo centesimo octuagesimo septimo incarnacionis dominice, Crivosandum cum Cetheo excitavit inimicus homo, iniuriose reclamare capellam beati Benedicti in audiencia Incliti ducis Casimiri suorumque principum, videlicet duorum episcoporum, Plocensi Vitho atque Cujaviensi Stephano, et Zirone illustri comite, et Nicolao primate, quibus sic placuit litem dirimere: ut quod esset iuris ecclesie, testimonio venerabilis prepositi Barthonis, canonicis cederet; et quod reclamancium, Crivosand sacramento retineret. Ut autem hoc firmius remaneret in posterum, sicut Crivosand tantum villam Crow temerario sacramento avulsit ab ecclesia, in qua tamen sortem unam et ville decimam ecclesie se confessus est de-

disse, ita memoratus prepositus Cisow villam totam cum ecclesia canonicis intemerate virginis sub for-
ma intrandi manus reverendi epis-
copi Vithi et ibidem presentis, in sempiternum confirmavit, quod su-
pra memoratorum episcoporum anathematis confirmatum est sen-
tentia. –

Rzyszczewski: Codex diplom. polomiae. I. 14.



X

1187. Papież Grzegórz VIII klasztór w Kolbas pod swą opiekę przyjmuje niemniej posiadłości onegoż i prawa zatwierdza.

Gregorius Episcopus servus servo-
rum Dei Dilectis filiis Everhardo
abbati monasterii de Colbas ejus-
dem fratribus tam presentibus
quam futuris regularem vitam
professis in perpetuum. Religio-
sam vitam eligentibus apostoli-
cum convenit adesse presidium
ne forte cujuslibet temeritatis in-
cursus aut eos a proposito revo-
cet aut robur quod absit sa-
cre religionis infringatur. Ea-
propter dilecti in domino filii
vestris justis postulationibus cle-
menter annuimus et prefatum
monasterium de Colbas in quo
divino estis obsequio mancipati
ad instar felicis recordationis
Alexandri et Lucii predecessorum
nostrorum Romanorum pontifi-
cum sub beati Petri et nostra

protectione suscipimus et presentis
scripti priuilegio communimus. In-
primis siquidem statuentes vt ordo
monasticus qui secundum Deum
et beati Benedicti regulam et insti-
tutionem Cisterciensium fratrum
in loco vestro noscitur institutus
perpetuus ibidem temporibus inui-
olabiliter obseruetur. Preterea quas-
cunque possessiones quecunque bo-
na idem monasterium inpresen-
tiarum juste et canonice possidet
aut in futurum concessione pon-
tificum. largitione Regum vel
principum. fidelium oblatione
seu alijs iustis modis prestante
domino poterit adipisci. firma
vobis vestrisque successoribus et
illibata permaneant. In quibus
hec propriis duximus exprimen-
da vocabulis. Locum ipsum in
quo prefatum monasterium si-
tum est. cum omnibus pertinen-
tiis suis. villam Teutunicorum
Czoznou. Ropstou. Racou. Dambe.
Gorin. Broda. que per terminos

istos distinguitur. De Plona vide-
licet usque ad tres lapides sub
monte positos. et a tribus lapidi-
bus usque ad viam que ducit in
Stergard. et ab ipsa via versus
orientem ad montem qui est in-
ter terminos Brode et Dambiche.
Redditus quos habetis ex dona-
tione Conradi episcopi vestri in
villis Neznane. Zelow. et Dam-
bene et Bruchow et Chmirnitza
et Cabow et Babino et Zlislauitz
et Glina et Smirdniza. Sane la-
borum vestrorum quos propriis
manibus et sumptibus colitis si-
ue de nutrimentis vestrorum a-
nimalium nullus a vobis deci-
mas exigere vel extorquere pre-
sumat. Liceat quoque vobis cle-
ricos vel laicos e seculo fugien-
tes liberos et absolutos ad con-
uersionem recipere et eos abs-
que contradictione aliqua reti-
nere. Prohibemus insuper ne ul-
li fratrum vestrorum post fac-
tam professionem in vestro mo-

÷ nasterio fas sit absque abbatis sui
licentia de ipso discedere. Disce„
dentem vero sine communium li„
terarum cautione nullus audeat
retinere. Quod si quisquam eos re„
tinere forte presumpserit. liceat
vobis in ipsos monachos et con„
versos vestros sententiam regula„
rem ex nostra auctoritate pro„
ferre. Paci quoque et tranquillita„
ti vestre paterna in posterum sol„
licitudine providere volentes aucto„
ritate apostolica prohibemus. ne quis
infra ambitum domorum vel gran„
giarum vestrarum furtum rapi„
namve committere. ignem appo„
nere. hominem capere vel interfice„
re. seu aliquam violentiam temere
audeat exercere. Inhibemus etiam
ne terras seu quodlibet beneficium
ecclesie vestre collatum liceat alicui
personaliter dari sive aliquo modo
alienari absque assensu tocius capi„
tuli aut majoris et sanioris partis.
Si que vero donationes vel aliena„
tiones aliter quam dictum est facte

÷

./. fuerint. eas irritas esse censemus.
Ad hec nichilominus prohibemus.
ne aliquis monachus vel conuersus
sub professione domus vestre astric-
tus sine concessu et licencia abba-
tis et majoris partis capituli ves-
tri pro aliquo fideiubeat vel ab
aliquo pecuniam mutuo accipiet
vltra pretium Capituli vestri pro-
uidentia constitutum nisi prop-
ter manifestam domus vestre uti-
litatem. Quod si facere quisquam
presumpserit non teneatur conuen-
tus pro his aliquatenus responde-
re. Licitum preterea vobis sit in
causis propriis siue ciuilem siue
criminalem contineant questionem
fratres vestros ydoneos ad testifi-
candum adducere. atque ipsorum
testimonio sicud iustum fuerit et
propulsare violentiam et justiciam
vendicare. Insuper etiam aposto-
lica auctoritate sancimus quem-
admodum a predecessoribus nos-
tris Romanis pontificibus vestro
ordini est indultum. vt nullus
./.

/

episcopus neque alia quelibet per„
sona ad synodos vel conventus fo„
renses vos ire. vel judicio seculari
de propria substantia vel posses„
sionibus subjacere compellat. Illud
adicientes ut nullus regularem elec„
tionem abbatis vestri impediat
aut de instituendo vel deponen„
do seu removendo eo qui pro
tempore fuerit contra statuta
Cisterciensis ordinis et auctorita„
tem privilegiorum vestrorum se
nullatenus intromittat. Quod si
episcopus in cujus parochia do„
mus vestra fundata est. tercio
cum humilitate qua convenit
requisitus. substitutum abba„
tem benedicere forte renuerit. li„
citum sit eidem abbati. si tamen
sacerdos fuerit. proprios novicios
benedicere et alia que ad offi„
cium suum pertinent exercere. do„
nec idem episcopus duritiam
recogitet et abbatem sine pra„
vitate aliqua benedicat. Cum„
que benedicendus abbas vester

/


./.
ad episcopum venerit. ea profes-
sione sit contentus episcopus que
in ordine vestro solet impendi
nec aliam de novo requirat. Sa-
ne si Episcopi aliqui a vobis vel
monasterio vestro preter obedien-
tiam debitam vel princeps terre
contra libertatem ordinis a pre-
decessoribus nostris et a nobis in-
dultam expecierint. liberum sit
vobis auctoritate apostolica de-
negare quod petitur. nec occa-
sione ista predictus ordo qui
hactenus liber extitit. humane
servitutis laqueo vinciatur. Quod
si episcopi aliquam propter hoc
in personas vel ecclesiam ves-
tram sententiam promulgave-
rint. eandem sententiam tan-
quam contra apostolice sedis
indulta prolatam. statuimus
irritandam. Decernimus ergo ut
nulli omnino hominum liceat
prefatum monasterium temere
perturbare aut ejus possessiones
auferre vel ablatas retinere. in-


./.


minuere. seu quibuslibet vexatio-
nibus fatigare. sed omnia inte-
gra conseruentur. eorum pro quo-
rum gubernatione ac sustenta-
cione concessa sunt usibus omni-
modis profutura. salua sedis
apostolice auctoritate. Si qua igi-
tur in futurum ecclesiastica se-
cularisue persona hanc nostre
constitutionis paginam sciens
contra eam temere venire tem-
ptauerit secundo terciove com-
monita. nisi reatum suum
congrua satisfactione correxe-
rit. potestatis honorisque sui
careat dignitate. reamque se
diuino judicio existere de per-
petrata iniquitate cognoscat.
et a sacratissimo corpore ac san-
guine Dei et domini redemptoris
nostri Jhesu Cristi aliena fiat
atque in extremo examine dis-
tricte ultioni subjaceat. Cunctis
autem eidem loco sua jura ser-
uantibus sit pax domini nostri
Jhesu Cristi. quatinus et hic fruc-

tum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inueniant amen. Datum Ferrari per manum Moi„ si Lateranensis Canonici vicem agentis Cancellarii II°. Kal. No„ uembris. indictione sexta incar„ nacionis dominice anno M°. C°. LXXXVII°. Pontificatus vero dom„ pni Gregorii pape VIII. anno pri„ mo.–

Dreger: Codex Pomeraniae diplom. p. 41.







1187. Zygfryd biskup tudzież księżna pomorscy zatwierdzają założenie i uposażenie kościoła św. Jakuba w Szczecinie przez Beryngera.

Ego Sigfridus Dei gratia Pomeranorum Episcopus et Ducissa beate memorie Boguzlaui Ducis relicta vidua et duo filii amborum et Warcelauus vicedominus terre. Notum esse omnibus volumus Cristi presentis et futuri temporis fidelibus qualiter quidam Beringer laycus in ciuitate Bamberg bene natus sed multo tempore in nostro castro Stetin honeste conuersatus diuino amore concessione felicis memorie antecessoris nostri Conradi Episcopi et Gloriosissimi Ducis Boguzlaui ecclesiam extra castellum Stetin pro posse pie in honorem Dei et beati Iacobi apostoli filii Zebedei edificauit. Nos autem hanc bonam ejusdem Beringeri deuocionem brachiis caritatis amplectentes ipsam ecclesiam in

habitaculum diuine majestatis
per ministerium officii nostri vi-
ce domini nostri Jhesu Cristi con-
secrauimus. Idem vero Beringer ean-
dem ecclesiam assensu nostro et
optimatum terre nostre pro salu-
te anime sue coram eisdem opti-
matibus multo populo Theutoni-
corum et Slauorum coram posi-
to. Deo et beato Michaeli archan-
gelo in Bamberg obtulit. duobus
fratribus de monte ejusdem sanc-
ti Michaelis astantibus. legitima-
que donatione sanctissimo Otto-
ni Episcopo nostre Pomeranice
gentis apostolo delegauit eo.-
quod ipse apostolus noster in
ejusdem sancti Michaelis archan-
geli monasterio nouissimam
tumbam receptus glorificatus
corpus suum expectat. et qui-
dem non immerito. Idem enim
monasterium ipse beatissimus
Otto a fundamentis erexit et
honestissime multis donis deco-
rauit. Insuper et manu propria


vice Cristi domini consecrauit
vbi et nunc multis miraculis
claruit. Huic autem nouelle
plantationi respectu diuini ho-
noris et interuentu tocius plebis
justicia officii nostri vt in me-
lius eadem ecclesia proficiat
baptismum et liberam sepultu-
ram condonauimus. Insuper
et ipsa Ducissa et Warcelaus vice-
dominus terre coram nobis et
multo populo dederunt liberta-
tem Beringero vt illam terram
que appellatur Clezcow et Gri-
bin quam idem Beringer gra-
tia Ducis beate memorie Bogu-
zlaui absque vllius contradic-
tione possederat cum silua et
venatione ipsius terrę in dotem
ejusdem ecclesie cederet cum a-
gris quos idem Beringerus ea-
dem justicia Stetin possederat.
Insuper generaliter concesserunt
vt quicunque instinctu diuino
terram. aquam. siluam. molen-
dinum. culta et inculta. vel

quemlibet supellectilem. huic ecclesie condonarent omnia absque ulla contradictione rata et inconuulsa permanerent. Preterea etiam notum esse uolumus omnibus Cristi fidelibus cum dominus noster Boguzlauus juxta preceptum domini celo reddidit animam. terre vero carnis materiam. nutu diuino statim affuere duo fratres de monte sancti Michaelis Bambergensis missi a patre et fratribus ejusdem monasterii vehentes literas pre manibus supplicantes nobis et principibus terre nostre. quatenus benedictionem et oblationem cere de thabernis terre nostre diuina inspiratione annualem donatam ab ipso Boguzlauo voluntarie. assensu domini Conradi episcopi antecessoris nostri. et omnium principum terre nostre. ad sepulcrum beati Ottonis patris nostri. intuitu diuino ratam et incontaminatam

esse velimus pro salute et reme-
dio animarum nostrarum. Hec-
tis igitur literis coram principi-
bus nostris. equidem post obi-
tum ducis omnes convenerant
tractare de statu terre. commu-
nicato consilio placuit omnibus
hoc tam salubre institutum non
debere fieri irritum sed magis
processu temporis data sibi di-
vinitus pace. accipere incremen-
tum. Communiti igitur ab ipsis
presentibus fratribus testamen-
tum confirmationis horum e-
ventuum sigillo nostro ut moris
est porreximus. Divinam clemen-
tiam invocantes ut quicunque
temeraverit hoc. nunquam pa-
ciatur ire inultus. cujus intuitu
et amore omnia sunt peracta
et satrape Michaelis eum vin-
dicta sequatur ut vivens et mor-
tuus extentas manus domini
senciat nisi de malo facto re-
sipiscat. Acta sunt hec anno
incarnationis domini nostri Do-

mini Cristi M. C. LXXXVII. Impe-
rante in Romano imperio glo-
riosissimo Imperatore Frederico
anno Imperii sui XXXV. in no-
bis autem regnante domino nos-
tro Ihesu Cristo amen. Testes ho-
rum sunt Warcelaus viccedomi-
nus terre et filius ejus Kazimer.
Tanick de Timin. Gergnew de Ti-
min. Steffanus et filius ejus Pan-
tin de Vkera. Zuzlyzla de Bren-
szla. Pribiszla de Podizwolk. Par-
so de Colberck. Vnim de Camin.
Gozizslaus de Zedin. Hinricus Dob-
sladezlai prefectus de Vznem et
frater ejus.

Dreger: Codex Pomeraniae
diplomat. p. 39. –



(1188.)

Wolfram II opat klasztoru św. Michała w Bambergu poświadcza prawo poboru wosku z Pomorza dla klasztoru.-

In nomine domini. Wolframus Dei miseratione abbas in monte sancti Michaelis. Bona studia fratrum nostrorum ad bene agendum prouocamus. si in officiis que ex nostra commissione administrant meliorandis nostrum eis fauorem et bonam voluntatem propensius exhibemus. Unde dilecti confratris nostri domini Marcuardi venerandi sacerdotis circa officium thesaurarii nostri sibi commissi. piam et feruentissimam considerantes intentionem. quosdam ejus labores et impensas. presenti notificamus scripto. nullo inposterum obliterandas tempore vel senio. Idem ergo religiosus confrater noster attentius considerans defectum et tenuitatem quam in cereis luminaribus ecclesia nostra hactenus sustinebat.

nostro consensu et prompta volun-
tate non semel neque bis. sed mul-
tociens ad validum laborem se
precinxit. et non sine graui cor-
poris et rerum comitumque suo-
rum discrimine terram Sclauicam
que Pomerania dicitur laboriose
adiit. et laboriosius circuiuit. Tan-
dem celis nimnam super eum stel-
lantibus. principem terre illius do-
minum Boguzlaum et episcopum
dominum Chunradum. et ejus
successorem dominum Sifridum.
multa instantia et diligentia
ad hoc induxit et inflexit. quod
ipsi principes ejusdem patrie in
generali conuentu et consilio con-
sensu fere omnium baronum et
supanorum suorum vniuersali
decreto statuerunt. vt de singulis
terre illius tabernis certa quanti-
tas cere per singulos annos sanc-
to Ottoni episcopo cujus sacrum
corpus in ecclesia nostra requi-
escit. deuote per succedentia tem-
pora persoluatur. His ita sta-

tutis et testamento principis et
episcoporum consensu quoque pro„
uincialium firmiter roboratis. cum
de collectione predicte cere magna
nobis difficultas immineret. pre„
fatus sacerdos ab eisdem prin„
cipibus multo labore obtinuit. vt
ecclesiam sancti Iacobi in vrbe
Stetin positam. cum adjacente
curte areis quoque et agris plu„
rimis. in proprietatem et juris„
dictionem ecclesie nostre confer„
rent. vt per fratres et homines
nostros in illa possessione consti„
tutos. collectionem et pensionem
prenominate cere singulis an„
nis vsufructuario thesaurarium
nostrum recipiat. Ne igitur ali„
quis successorum nostrorum
hujus constitutionis prouentum
ad alios vsus intorquere nisi
ad sacrarii nostri vtilitatem
presumat. presentem paginam
sancti Michaelis. sanctique Ot„
tonis. et nostra omnium fra„
trum nostrorum auctoritate

firmamus. Conseruanti premium et violanti penam et vltionem imprecantes. Testis est omnis conuentus. –

Dreger: Codex Pomeraniae diplomat. p. 47. –

X

1188.

Anastazya wdowa po ks. Bogusławie I pomorskim nadaje klasztorowi Mzedomskiemu dobra Zglattiz i Lipę.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Notum sit uniuersis pietatis katholice domesticis nonsolum modernis verum etiam posteris per successionis seriem deinceps nascituris. Quod vir illustris ac verus fidei Cristiane venerator Dux Dei gratia Pomeranorum Boguslauus inter cetera quibus vbertim inuigilabat pie deuocionis studia. monasterium quoddam in titulum gloriose ac perpetue virginis Dei genitricis Marie ex facultatum suarum impensis se edificaturum spoponderat in monte prope ostium lacus secus castrum Vznum ad meridianam plagam sito. quem vulgari vocabulo Watchoue nuncupant. Hac siquidem se pollicitatione Deo constrinxerat. precipue ob remedium anime

tam sue. quam filii sui Warti-
szlaui quem ibidem sepulture
tradiderat. Illuc enim congre-
gationem canonicorum Groben-
sis ecclesie. quos nimis vicinus
popularium negotiorum tu-
multus. aliarumque quam plu-
rium ineptiarum fatigabat in-
comoditas. transducere decre-
uerat. vt a turbarum inquie-
tudinibus ceterisque quas egre
ferebant in priore loco molestiis.
semotius habitarent. At vero
postquam ipsis illic aliquot
officinarum edificia sumpti-
bus suis preparauerat. propo-
sita tamen basilice structura
nec dum bene inchoata memo-
ratus Dux morte. vt credimus
in conspectu Dei preciosa. sed
populo sibi subiecto irrecupera-
biliter dampnosa preuentus est.
Nunc autem ne tam laudabile
tamque celebriter longe lateque
diuulgatum tanti viri proposi-
tum per heredum ipsius negli-

./.


gentiam penitus omitti videatur.
nos quamdiu divine placuerit
clementie in hac vita superstì-
tes. ego videlicet Anastasia tam
dulci et dilecto talis mariti vi-
duata consortio. vna cum filio
ipsius et meo Boguzlauo. cunc-
torum fere totius terre nostre
nobilium communi consilio com-
moniti pro salute anime ipsius
de beneficiis que ipse viuens ei-
dem loco se collaturum promi-
serat quia omnia non nouí-
mus. quedam nominatim ab
eo expressa ad constructionem
prefati oratorii. nec non ad
subsidium prefate congrega-
tionis perpetua concessione do-
namus. villam scilicet Zglattiz.
cum omnibus terminis et appen-
diciis suis vbicumque prope vel
procul constitutis et quinque rus-
ticis in ea ex hiis quos decima-
rios vsitato nomine appellare
solemus. Partem quoque prouin-
cie Wanzloue que Lypa dicitur


./.

integraliter totam. id est villu-
las et agros. prata et arbusta.
loca plana et aspera. rusticos
decimarios et universa que in
eis juris nostri fuerant libere
et absolute ab omni exactione
predicti servi Dei possideant.
excepto quod ad instauran-
dam munitionem ad quam
pertinent cum poposcerit neces-
sitas rustici eorum sicut qui-
libet alii comprovinciales sui
adjuvabunt. Si quis autem ho-
rum aliquid presumptuosa te-
meritate infringere seu violen-
ter auferre sive qualibet arte
diminuere attemptaverit. sal-
vatoris nostri Cristi cujus pie
genitricis honori derogat. judi-
ciarie sententie subjacebit. amen.
Acta sunt hec anno dominice
incarnationis M°. C°. LXXX°. VIII°.
indictione V^a. XV°. kalendas A-
prilis. ipso videlicet die quo
prefatus Dux ultimum effla-
vit spiritum. eodemque loco

quo obiit. id est in silua mari-
tima quam Soznitsza appel-
lant. assistente testium nume-
rosa caterua. de quorum mul-
titudine hec pauca presenti
cautioni inseruimus nomina.
De clero quidem interfuerunt
Dominus Sifridus Camynensis
episcopus. Hartungus abbas in
Ztolp. Descizlauus Capellanus.
Stephanus sacerdos Prinzlavien-
sis. Conradus prepositus et Thy-
edmarus diaconus et canonicus
Camynensis ecclesie. Sigwinus
quoque diaconus. Item de lai-
corum numero Wartizlauus
Szvantiboriz. Odolanus filius
Kazimari. Szlautech. Stepha-
nus. Taromarus Camerarius. Jo-
hannes castellanus Diminensis.
Byndewoy. Yarogner. Pomoy cas-
tellanus Vznomie. Dobezlauus.
Walkaz. Bernerus mercator ciuis
Lubicensis.

Dreger: Codex Pomeraniae
diplom. p. 49 –





1188.

Papież Klemens III biskupstwo pomorskie pod swą opiekę przyjmuje i posiadłości onegoż zatwierdza. -

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Sifrido Caminensi Episcopo ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio fratribus et Coëpiscopis nostris. tam vicinis quam longe positis paterna nos conuenit prouisione consulere et ecclesiis in quibus Domino militare dinoscuntur. suam justiciam conseruare. Equum est enim et rationabile vt qui beato Petro ejusque vicariis deuociores esse noscuntur et sancte Romane ecclesie patrocinio cupiunt confoueri ejusdem pie matris vberibus nutriantur et in suis ab ea justis peticionibus audiantur. Ea propter venerabilis in Cristo frater. tuis justis postulationibus clementer annuimus et commissam tibi

Caminensem ecclesiam que beati Pe-
tri iuris existit. sub ejusdem apos-
tolorum Principis et nostra protec-
tione suscipimus et presentis scrip-
ti privilegio communimus. Preterea
quascunque possessiones quecunque
bona eadem ecclesia inpresentia-
rum iuste ac pacifice possidet aut
in futurum concessione pontifi-
cum. largicione regum vel prin-
cipum. oblatione fidelium. seu
aliis iustis modis Deo propitio po-
terit adipisci. firma tibi tuis-
que successoribus et illibata per-
maneant. In quibus hec propriis
duximus exprimenda vocabulis.
videlicet civitatem ipsam Camyn
cum taberna et foro. villis et om-
nibus earum appendiciis. Castra
hec scilicet Demyn. Treboses. Chozco.
Wolgast. Huznoym. Grosvyn. Py-
ris. Stargard. cum villis et omni-
bus eorum appendiciis. Stetin.
Prentzlau cum foro et taberna. et
omnibus suis appendiciis. totam
Pomeraniam usque ad Lebam flu-

uum. cum foris et tabernis. De-
cimam fori Tithen. Statuimus
autem ut quia ciuitas que Wo-
lin dicitur. in qua episcopalis
sedes esse solebat. propter quer-
rarum incomoda deserta esse pro-
ponitur ipsa sedes in ecclesia
sancti Iohannis baptiste apud
ciuitatem Camyn. que populo-
sior est et securior. habeatur. li-
bertatem quoque qua sedes ipsa
soli fuit Romano pontifici a
prima sui institutione subjec-
ta. sicut est hactenus obseruata.
ratam habemus. et perpetuis
temporibus inuiolabilem perma-
nere sancimus. Preterea decimas
quas ecclesia ipsa tam ex resi-
gnatione laicorum quam aliis
justis modis quiete possidet. ti-
bi et per te ipsi ecclesie auctori-
tate apostolica confirmamus.
Ad hec statuimus ut omnes cle-
rici tue jurisdictioni subjecti
tam religiosi quam alii debi-
tam tibi in omnibus reueren-

tiam et obedienciam exhibeant
nisi per apostolice sedis priuile„
gia sint exempti. Prohibemus in„
super ne te vel tuorum successo„
rum quolibet decedente. per
principes terre vel cujuslibet al„
terius violenciam bona episco„
palia distrahantur. sed illi qui
canonice fuerit substitutus illi„
bata et integra conseruentur. Au„
ctoritate quoque apostolica in„
hibemus ne laici quilibet eccle„
sias vel oratoria in tua dyo„
cesi construentes. sacerdotes in
eis ponere vel canonice insti„
tutos sine assensu dyocesani
episcopi ammouere presumant.
Adicimus etiam prohibentes ne
si aliqua ecclesia in ipsa dyo„
cesi fuerit fabricata episcopus
qui pro tempore fuerit ei mu„
nus consecrationis impendat.
nisi prius a fundatore ipsius
vel alio ad sustentacionem con„
gruam ministrorum dos com„
petens fuerit assignata. Inhibe„

-mus insuper ne interdictos vel ex-
communicatos tuos ad officium
aut communionem ecclesiasti-
cam recipere quisquam sine
congrua satisfactione presumat.
nisi forte periculum mortis im-
mineat. vt dum presenciam
tuam habere nequiuerint per
alium secundum formam eccle-
sie satisfaccione premissa opor-
teat ligatum absolui. Ad indi-
cium autem hujusmodi percep-
te a sede apostolica protectio-
nis et libertatis. nobis nostris-
que successoribus tu et successo-
res tui fertonem auri annis sin-
gulis exsolvetis. Decernimus ergo
vt nulli omnino hominum li-
ceat prefatam ecclesiam teme-
re perturbare aut ejus posses-
siones auferre. vel ablatas reti-
nere. minuere. seu quibuslibet
vexationibus fatigare. sed omnia
integra conseruentur eorum quo-
rum gubernationi et sustenta-
cioni concessa sunt vsibus omni-

modis profutura. salua in om-
nibus sedis apostolice auctorita-
te. Si qua igitur in posterum
ecclesiastica secularisue perso-
na hanc nostre constitutionis
paginam sciens contra eam
temere venire temptauerit secun-
do terciove commonita. nisi re-
atum suum congrua satisfac-
tione correxerit potestatis hono-
risque sui careat dignitate. re-
umque se diuino judicio existere
de perpetrata iniquitate cognos-
cat. et a sacratissimo corpore
et sanguine Dei ac domini re-
demptoris nostri Thesu Cristi
aliena fiat. atque in extremo
examine districte vltioni sub-
iaceat. Cunctis autem eidem lo-
co sua jura seruantibus sit pax
domini nostri Thesu Cristi, qua-
tenus et hic fructum bone actio-
nis percipiant. et apud distric-
tum judicem premia eterne pa-
cis inueniant amen. Datum La-
terani per manum Moysi Late-

rianensis Canonici vicem agentis Cancellarii VI. Kal. Martii Indic-tione VI. Incarnationis dominice Anno millesimo centesimo octua-gesimo octavo. Pontificatus vero Clementis domini Pape tercii an-no primo.

Dreger: Codex Pomeraniae diplom. p. 44.


1188.

Mieszek Stary zatwierdza klasztorowi Lędzkiemu nadanie wsi Skarboszowa przez Pawła Przedpełkowicza uczynione.

In nomine domini. amen. Quoniam acta hominum de facili in oblivionis vagine dilabuntur, si scripti aut testium subnotacione non fuerint noticie declarata posteris. Nos ergo Mesico dei gracia dux Polonie universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quorum presencie presens littera offertur: protestamus et notificamus: quod nostre voluntatis assensu interveniente et faciente dilectus noster comes Paulus filius Pretpolconis, ecclesie beate Marie videlicet domus fratrum de Lenda villam suam que Scarbossow vulgariter nominatur, perpetuo contulit, jure possidendam ob remedium anime sue et omnium parentum suorum tam predecessorum quam subsequendorum. Ne igitur hec pia do-

nacio per aliquem in posterum molestetur, presentem paginam exin conscriptam nostri sigilli muminine fecimus roborari. Cu-ius rei testes sunt, Iaroslius pa-latinus, Bronis castellanus Gne-znensis, Vdolanus pincerna, Uli-cus capellanus et quam plures alij. Datum in Gnezsne anno domini millesimo centesimo octo-gesimo octavo, in octava sancti Adalberti.

Lelewel: Polska dzieje i rzeczy jej. Tom IV. 1851 str. 142




Kazimirz Sprawiedliwy po- świadcza, iż od Kapituły krakow- skiej dożywotnie prawo polowania w Kalnem i t. d. nadane sobie ma.

Ego Kazimirus diuina disponente clementia dux polonie. a canonicis beati Wenceslai. in chropis. et kal- no. licentiam uenandi omnibus diebus uite mee humili peticione impetraui. ceteraque nichilominus ad eosdem canonicos iura perti- nentia optinui. ut pote stan. na- staua. preuori et alia. Notum igi- tur sit omnibus. quod quamdiu uixero. de omnibus bestiis. que in predictorum locorum siluis in- terficientur. predictis canonicis in signum licentie debeo reddere. Itaque post decessum meum qui- cunque gratuite concessionis mu- nus, hereditario iure optinere con- tra mea impetrata attemptaue- rit. ab orationibus totius ecclesie sit segregatus. et uinculo anathe- matis astrictus. et cum iuda et

ābiron deputatus. Ut ergo hec om-
nia prefate constitutionis robur op-
tineant. contra omnis calumpnie.
et obliuionis incommodum. presen-
tem paginam conscribi precepi.
et eam sigillo meo et episcopo-
rum communiui. –

Gładyszewicz: Żywot Pran-
doty. str. 256.




1189.

Ugoda między biskupem pomorskim Zygfrydem a opactwem w Kolbas co do części wsi Broda.

In nomine domini. Ego Sifridüs
Pomeranorüm Episcopüs notüm es-
se volo tam presentibüs qüam fu-
türis sancte ecclesie filiis. Controüer-
siam qüe inter me et abbatem Col-
bacensem ob partem cüiüsdam vil-
le qüe Broda dicitür olim emer-
serat. interüentü et consilio religio-
sorüm virorüm esse decisam. Qüam
videlicet partem predicto domino ab-
bati nünc et in omne tempüs libe-
ram relinqüo accepta ab eo con-
digna pecunia. Porro hominibüs
eiüsdem abbatis qüi offensam nos-
tram ratione hujüs discordie in-
cürrerant. benigne indülgeo. Goxüi-
no precipüe qüem in gratiam
nostram pacemqüe redisse frater-
na spondeo pietate. Terminos etiam
ejüsdem ville qüos düx Bügüzlaüs
sepe dicto abbati signis eüidentibüs

denotauit proprio roborauit sigil-
lo. Ego quoque in presentiarum
sigilli mei impressione confirmo.
Quos si quisquis ausu improbo
inuadere seu minuere temptaue-
rit nisi resipiscat anathema sit.
Hujus rei testes sunt. Ardungus
abbas de Stolp. Walterus de Gro-
ba. Conradus prepositus de Ca-
myn. Remerus. Albertus custos.
magister Rodulfus. Canonici. Ger-
marus princeps Roianorum. The-
sizlaus. Teromerus. Iohannes de
Demmyn. Stephanus de Uchara.
cum filio suo Geneumer. Pribizlaus.
Solizlaus. Gotizlaus. Rossarus. So-
vithin. Facta sunt autem hec an-
no ab incarnatione domini M°.
C°LXXXIX°. et nostri pontificatus
anno tercio. apostolice sedis pre-
sidente domino Clemente.

Dreger: Codex pomeraniae
diplomat. p. 51.



1189. Żyrosław biskup wrocławski kościół w Warcie szpitalnikom św. Jana jerozolimskim nadaje.


In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Sirozlaus dei gracia Vratislaviensis episcopus notum esse volo cunctis ecclesie sancte filiis tam presentibus quam futuris ad honorem dei et b. Marie perpetue virginis sanctique Iohannis bapt. consilio simul et consensu majorum personarum chori Vratizlav. me in obsequium sanctorum pauperum Christi hospitali Ierosolimitano dedisse ecclesiam in Bardou a prefati fratribus hospitalis jure perpetuo possidendam hac sane fraternitate inter nos ordinata, ut cum aliquis de canonicis nostris decesserit, apud ipsos ejus obsequium ceu pro quolibet fratre celebratur et ab eisdem ejus obitus scriptus Ierosolimam transmittetur. Nec omittendum, quin scripto quoque commendentur nomina villarum, de quibus decimam ad prefatam ecclesiam pertinentem cum toto nichilominus jure ecclesie supradicto hospitali simul concedimus, prima villa ipsa Berdou, secunda Bilane, tercia Cebanou, quarta Ruscou. Hec autem donacio facta in Olesniz est his testibus assistentibus: dno scil. Benico decano, mag. Stephano archi-

diacono, Iohanne cantore, Martino can-
cellario ducis, Gallo canonico et capel-
lano ducis, Godefrido canonico, Egidio
capellano ducis, et in crastino hoc
ipsum recognitum est in Vratizlau
coram domino Sebastiano et coram
magistro Nicholao.

Ut autem hoc ratum et illibatum
perpetuali tempore supradicto maneat
hospitali, prescriptis testibus communi-
bus et sigilli nostri impressione corro-
boramus et confirmamus. Si quis au-
tem in posterum in prefata donacio-
ne supra commemoratis fratribus in-
juriam aliquam aut violenciam ir-
rogare voluerit, anathema sit. Pre-
terea quoque huic ipsi pagine di-
gnum censuimus adnotare decimas ni-
chilo minus, quas jam pridem ejus-
dem hospitalis fratribus confirmave-
ramus et in consecracione ecclesie in
Tinchia sub anathemate posueramus,
villarum scilicet ejusdem Tinchie, Psi-
lauie atque Gostizlauie alteriusque
ville nomine Mlodossouiz et alterius
nomine Gliniz, cujus decima specta-
bat ad prebendam Iohannis filii Beni-
ci, licet ejus loco aliam ei dedimus
in villa nomine Milcou. Hec et supra-
dicta eque jam sepius pretextato hospi-

tali confirmamus et eidem sigilli no-
stri apposicione corroboranda stabili-
mus. Actum anno dom. MCLXXXIX.

Grünhagen: Regesten zur Schle-
sischen Geschichte. Breslau 1876.
p. 51.



1189.


Kazimirz Sprawiedliwy do„bra Gropskie od Kapituły Kra„kowskiej w celu polepszenia tako„wych nadane sobie otrzymuje.

In nomine sancte et indiuidue tri„nitatis. Quoniam nonnulli sunt ma„ligni benignorum interpretes. Ego dux polonie Kazimirus omnibus signifi„co non malignandi dolo. non alie„nandi animo. nos chropensium pro„uinciam suscepisse. Impium enim est ac miserabile maternis calami„tatibus non commiserari filium. cum omnes omnino etiam carnalis fa„uor parentum inclinet. imo filijs pro materne negligentia iacture pena intemptatur. Proinde a mul„tis retro neglecta. eiusdem prouin„cie dispendiia tutele officio susci„pimus corrigenda. tutorio iure nos obstringentes. ut ecclesiastice pupil„lationis conditionem faciamus po„tiorem. deteriorem facere non possi„mus. Nam sicut res publica: sic res ecclesiastica iure utitur pupil„

tari. Nos enim eandem prouinciam
quam emendandam suscepimus ad
nutum predicti capituli emenda-
tam restituimus. Nec sit qui pro
alicuius recompensationis respectu
tabernam in ripa uel alueum be-
ato Vencezlao nos estimet contu-
lisse. Istorum enim donatio sine
omni temporanee recompensatio-
nis respectu a nostra deuotione
simplex precessit. Et ideo non tan-
tum filios sed et quoslibet succes-
sores. nostros anathemati ponti-
ficum subicj postulamus. qui a-
liquo pretextu chropenses uel iam
dictam tabernam uel alueum a
beato Vencezlao alienare tempta-
uerint. Datum in Opatow pridie
Idus Aprilis Anno M. C. LXXX. IX.
Sub testimonio domine Helene eius-
dem ducis uxore. fulconis craco-
uiensis episcopi. Mrocote cancel-
larij. Miluani abbatis de monte.
Gedconis prepositi. petri subcan-
cellarij. Vincentij magistri. Petr-
conis uitconiz. Vizconis. predzlaj

ċrantoviz. Sauli. Gauli zlaunico-
uiz. Voyteg dapiferi. Velizlaj ierl-
mitani. Visele. vseborij. Vars filij
mantine. Zmil cetechouiz. Zuli-
zlaj bernartouiz. Vencezlaj Zuli-
zlauiz. Gualis zdebouiz. Martynj
poznanouiz. et aliorum quam
plurimarum nobilium.-

Gładyszewicz: Żywot Ś[w]pran-
doty. str. 254.




(1190.)

Dzierżek, brat Wita biskupa płockiego, dobra swoje bądź żonie swej, bądź klasztorowi Buskiemu testamentem leguje.

In nomine patris et filij et spiritus sancti. Ego Dirsco adhuc vivens, offerens trado deo omnipotenti et beate Marie, fratribus et sororibus sub regula beati Augustini in Buzsk manentibus, quos de Vitov per manum meam adduxi, pro salute anime mee, bona mea in hunc modum. Si uxor mea alteri viro nubere voluerit, Visloca ei detur; si in viduitate in habitu seculari permanserit, Vixnicia sibi addetur; et in his duabus tantum permaneat, cum familia sua, servis videlicet et ancillis; cetera locus habeat. Si vero aliquando divina mediante clemencia, in prefato loco, habitum religionis suscipere voluerit, ut mihi sub iuramento quandoque promisit, omnes hereditates meas ei do: scilicet partem meam de Buzesk cum iumentis, Nosovo, Petrovo, Tuchapi,

Bezdrūovo, Rechovo, Viznica, Core„
novo, Premislovo. Si aūtem in alio clau„
stro habitūm suscipere voluerit, de his
omnibūs sūpradictis hereditatibus, et
de familia, de ceterisqūe bonis nichil
penitūs sibi detūr, preter vestes quī„
būs tegitūr; set omnia non frater me„
ūs episcopūs Vitūs, immo fratres et
sorores supradicte religionis perpe„
tūo iūre obtineant. Hec aūtem dic„
ta et scripta sūnt in ecclesia beate
Marie ante ipsiūs altare, sūb testi„
monio soliūs dei et genitricis eius,
dominiqūe Iohannis primi ibidem
prepositi, facta ad eūm confessio„
ne, et sacri corporis et sangūinis
Christi de manū ipsiūs commūnio„
ne sūmpta, dūm ad bellūm pro„
cessi. Hec si dominus episcopūs V[i„
tūs] frater meus, vel aliqūi alij
cognatorūm meorūm immūtave„
rint, deūs omnipotens et mater pia
virgo Maria vindicet in eis: sūb cū„
iūs testimonio sūnt hec facta. Amen.

Rzyszczewski: Codex diplomat.
Poloniae. I. 15.



~~1184 1187~~


1191

<u>Poświęcenie i uposażenie kościoła N. Maryi w Sandomirzu za czasów Kazimirza Sprawiedliwego.</u>

In nomine indiuidue trinitatis. Anno 1121(?) indiccione nona. epacta quarta. concurrente primo. et anno decennalis cycli quartodecimo, domino duce Casimiro in Polonia dominante, ad petitionem Cracouiensis episcopi. dominus Petrus Gneznensis archiepiscopus consecrauit ecclesiam sancte Marie in Sandomiria. coadiuuante domino Fulcone Cracouiensi episcopo. domino Vito Mazoviensi episcopo. et domino Stephano Cuiauiensi episcopo. et domino Arnoldo Lubusensi episcopo. cuius ecclesie beneficia in presenti priuilegio continentur denotata. Capella de Zarnou cum suis reddi tibus. et omnes decime castri eiusdem cum redditibus, eisdem decimis pertinentibus. capella sancti Nicolai in Sandomiria cum suis redditibus. capella sancti Ioannis ibidem cum suis redditibus. capella de Polancz cum suis redditibus. capella sancti Mauricij de Zawichostk cum suis redditibus. capella de Szeczechow cum suis redditibus. capella de Zwirsow cum suis redditibus. preterea beneficia fori de Lukosin. et decime harum villarum Zycina. Pomisl. Piscatores.

Vinitores. Cobernici. Grocholici. Cochonow. Policovici. Cachici. Corovo. Cristonovici. Trabanow. Bechanow. Raci. Mancosino. Lissowo. Pilsne. Bercogei. Ianchovicze. Gorenino. Blischovici. Dobesschow. Sucholnici. Golambici. Bogoria. Petrovo. Clonowo. Malchovo. Neumanovici. Bogurlavici. Grumcino. Polrehna. Pirstna. Margansko. Modnici. item ville canonicorum Hendrzischowicze. Socolnici. Sokolnici. Pistrasnici. Linow. Marsow. Sarnow cum nono et decimo foro. et nona et decima taberna. et cum grano per totam castellaniam super homines ducales. Sedlche cum seruis. Gronovo cum sanctuarijs. Ostrow cum servis. Ladusnici cum servis.

Dlugosz. Liber benef. I
p. 402.




1192. Pełka biskup krakowski poświadcza klasztorowi jędrzejowskiemu nabycie wsi Niegosławice.

In nomine Domini Amen. Phulco Dei gracia Cracouiensis ecclesie episcopus universis fidelibus salutem et pacem. Quum mundus in maligno positus et amicus querencium que sua sunt Crucifixi patrimonia violenter diripere et ad usus illicitos vendicare conatur. Idcirco pro curacione et defensione iuris ecclesiastici notum facimus posteris et presentibus. Quod dominus Nyegoslaus dederit villam suam Nyegoslawice monachis sancte Marie, sanctoque Adalberto de Andrzeiow in perpetuam elemosynam pro alia villa Buskow, et pro eodem beneficio accepit ab eis, dem fratribus duodecim boves, duosque opicarios et ambulatorem unum, et quinquaginta modios vel paulominus ad hyemalia sata, annonamque illius anni totam, sic ut hec omnia ad triginta marcas argenti

estimarentur. Huius rei testes sunt Reuerendissimus Dux Kasimirus, Co„ mes Stapocha, Iarocha filius Bara„ ni, et alij qui continentur in pri„ uilegio sigillato. Nos autem supra„ scriptas donaciones uniuersas sub nostra proteccione suscipientes, auc„ toritate pontificali confirmamus, In nomine Domini et sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri Iesu Christi, et a sancte matris ec„ clesie membris segregamus et excom„ municamus omnem hominem, qui hoc nostre confirmacionis decretum, aliquatenus infringere presumpse„ rit, quousque ecclesie Dei resti„ tuat iuste, quod iniuste non for„ midauerit auferre, et digne de ce„ tero Deo nobisque satisfaciat. fiat, fiat. Amen, Amen. preterea quas„ cumque possessiones, quecumque do„ na idem monasterium in nostro episcopatu in presenciarum iuste et canonice possidet concessione Du„ cum, liberalitate principum vel ob„ lacione fidelium, seu alijs iustis

modis, firma vobis vestrisque suc-
cessoribus et illibata permaneant.
Cunctis autem eidem loco iura su-
a servantibus, sit pax Domini nos-
tri Iesu Christi, quatenus et hic fruc-
tum bone accionis percipiant, et a-
pud districtum Iudicem premia eter-
ne pacis inveniant. Sigillum Do-
mini Phulconis venerabilis Cracovien-
sis episcopi hoc factum confirman-
tis, sigillum Reverendissimi Ducis
Kasimiri hoc ipsum approbantis et
laudantis, sigillum Nichim palla-
tini Comitis hoc ipsum testifican-
tis. Actum anno ab incarnacione
Domini I.I.9.Z.

Kopiarz przywil. Jędrzejow.
fol. 115. v.




1193.

Celestinus episcopus seruus seruorum Dei. Dilec-
tis filiis abbati et canonicis cenobii sancti Vin-
cencii salutem et apostolicam benedictionem.
Cum in monasterio vestro sicut venerabilium
fratrum nostrorum Poloniensis archiepiscopi et
Syroslai Wratislauiensis episcopi diocesani ves-
tri et aliorum plurium literas intelleximus, ni-
gri monachi fuerint instituti, pro eo, quod ii-
dem monachi male uiuendo bona monasterii
dilapidarunt, nec sepius requisiti curauerunt
proprium excessum corrigere, quum timebatur,
ne idem locus, qui celebris olim extiterat, per
illorum iniuriam irreparibilem iacturam
incurreret, et quasi ad extremam pauperiem
deueniret, de assensu nobilium virorum ducis
Boleslai, comitum Petri, Wlodimiri, Dimili
et Leonardi patronorum ipsius loci, qui de
illius ruina plurimum tristabantur, in ipso
monasterio viros premonstratensis ordinis de-
liberacione prouida ordinastis. Credentes igi-
tur, quod illa dextere sit excelsi mutatio,
Nos tam uestris quam predictorum nobilium

precibus prouocati, predictam ordinacionem uestram sicut a vobis racionabiliter facta est, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Datum Lateran. VII Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo. –

Klose: Dokumentirte Geschichte von Breslau. 1780 I. 223.
Mosbach: "Piotr syn Włodzimirza. Ostrów 1865 str. 98"



1193.

Jaromir I ks. rugijski zakłada i uposaża klasztór Panny Maryi w Bergen na Rydze.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Ego Ieromarus Princeps Ruianorum vniuersis Cristi fidelibus hec scripta cernentibus salutem in domino in perpetuum. Omnipotentis Dei misericordia nos de ydolorum cultura cui parentes nostri infeliciter inseruiebant clementer eripiente. et ad veram et katolicam fidem perducente atque in benedictionibus sue gracie promouente. Tot ejus donati muneribus nolumus ingrati existere sed ex bonis ab ipso nobis collatis. ejus beneficiis quantulumcunque pro viribus respondere. Cupientes igitur cultum sancti nominis ejus amplificare et ad ipsius venerationem plurimos prouocare. in montanis opere laterico eccle-

siam construximus et gloriose vir-
gini Marie per manus venerabi-
lis ac Deo digni pontificis Petri
eam dedicantes ne sine condi-
gna ipsius virginis laudum ve-
neratione consisteret. assumentes
de ecclesia ejusdem virginis Ros-
childis sanctimoniales inibi per-
petuo laudantes ejus gloriosam
fecundam virginitatem. consti-
tuimus. Quarum usibus neces-
sariis quinque mansiones et
predia contulimus eo nimirum
intuitu ut Deo et sancte genitri-
ci domini ac salvatoris nostri
deuote existant. et eorum nobis
gratiam sedulo precantes obtine-
ant ut earum precibus compla-
catus dominus et peccatorum
veniam et gloriam nobis sanc-
te perhennitatis indulgeat. Que
autem inspirante domino eis con-
tulimus ut illibata ac rata in
perpetuum consistant tam pre-
sentium quam futurorum noti-
cie scriptis exprimere dignum


duximus. Primam igitur mansio-
nem que lingua Slauica dici-
tur Girgolizi cum silua ad hanc
pertinente et cum omnibus pra-
tis. agris. terris atque colonis
contulimus. Alteram mansionem
que Charns dicitur similiter cum
suis agris. pratis. terris et colo-
nis. Terciam mansionem in Se-
gozli cum suis agris. pratis.
terris. atque colonis. Quartam
mansionem in Mollungh que di-
citur Szabroda cum duabus quer-
cinis siluis. agris. pratis et colo-
nis. in Ostrusim villam vnam
scilicet Mylziz. cum omnibus
suis colonis. qui solis illis serui-
cium debent. Alteram villam
illi proximam cum suis siluis
agris et pratis et colonis et pis-
cationibus attinentibus cum
postmodum ibi mansionem fe-
cerint. Insuper vero illis de quo-
libet aratro contulimus modium
frumenti in his scilicet prouin-
ciis in Roja. Ostrusna. Buccua.

Muschiza. Gotzcouua. Sithne. Tri„
buses. Barth. Wasita. vnum etiam
denarium cum quolibet modio et
duos cum duobus in sola Ruja
vnum plaustratum cum lignis
et dimidium plaustratum feni
cum duobus auene manipulis
et quinque oua. de illis qui non
arant duos denarios. Et huic
laudabili et condigne collationi
testes affuerunt ecclesiastice per„
sone. venerabiles scilicet presbi„
teri. Hermannus prepositus. Ia„
cobus. ejusdem ecclesie prouiso„
res. Calamannus capellanus nos„
ter. Iordanus presbiter. Persone
vero seculares filii domini Iero„
mari Barnutha et Vuizlauus.
Stoyslauus et filius ejus Ysaac.
Poneth et fratres ejus. Carolus vil„
licus. Raalk. Wytan. Pribislauus.
Creciz. Mynitz. Priz. qui ex par„
te nostra omnia sacramentis et
juramentis rata et inconuulsi„
bilia ac in perpetuum perman„
sura. confirmauerunt. Quecun„

quę igitur ecclesiastica secularis„
uę persona hanc nostram do„
nationem infirmare voluerit vel
malitiose ei contraire temptaue„
rit vel aliquod ex his quę con„
tulimus auferre vel diminuere
ausus fuerit. nouerit sibi omni„
potentis Dei iram et offensam
affuturum. et eternam penam
ignemquę inextinguibilem cum
diabolo et ejus angelis damp„
nandum. Omnibus autem hec
rata habere volentibus et justa
juraquę seruantibus sit pax et
benedictio salus et protectio et
eterne vite cum Deo et sanctis
ejus collatio. amen. fiat. fiat.
Acta sunt hec et collata. jura„
mentis ac sacramentis confir„
mata anno dominice incarna„
tionis M°. C°. XC°. III°. Gubernante
ecclesiam Romanam domino
Papa Celestino. Regnante apud
Danos rege gloriosissimo Kanu„
to. Presidente Lundunsi venera„
bili archi- episcopo sedisquę

apostolice legato. Sueciequē pri-
mate. domino Absolone. regen-
te Roskildensem ecclesiam domi-
no Petro. Monarchiam vero in
perpetuūm tenente domino nostro
Ihesu Cristo. cūi cūm patre et
spiritū sancto sit virtūs. potestas,
imperiūm. laūs. honor et gloria
in secūla seculorūm amen. –

Dreger: Codex pomeraniae
diplomat. p. 52.



1194.

Zygfryd, biskup kamieński uposaża klasztor w Stulp dziesięcinami z różnych włości. –

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. S. Dei gratia Episcopus Caminensis. Vniuersis Cristi fidelibus tam presentibus quam posteris in perpetuum. Facta que in tempore geruntur lapsu temporis in hominum memoria sepius obscurantur nisi per scriptum tradantur noticie posteritatis. Idcirco ad habundantis vtilitatem cautele ecclesiarum postulat consuetudo vt quicunque pio mentis affectu in dilectione Dei predia. decimas aut possessiones alicui confert ecclesie. factum sue deuotionis scriptis et sigillis muniendo per litteras transmittat ad posteros competenter. Dicta igitur consuetudine instructi ad vniuersorum Cristi fidelium tam presencium quam futurorum volumus noticiam peruenire. quod in honore Dei et beati

Iohannis baptiste de voluntate et con-
sensu capituli nostri Caminensis quas-
dam decimas ecclesie contulimus
Ztulpensi ad usus fratrum qui in
dicto dinoscuntur loco secundum re-
gulam sui ordinis famulari. Datas
decimas nominibus villarum in qui-
bus dantur propriis dignum duci-
mus vocabulis declarare. In provin-
cia Vcre. ville que Mocle et Bitlcowe
appellantur. in territorio Cholbergen-
si villa Ruzcowe. In terra Chozco-
we ville Chabowe et Quilowe. cum
agris qui dicuntur Mudlinow et
Dulcikow. et villa Polociz cum cam-
po qui vocatur Vamperin. In ter-
ra Myseritz villa Wocetino. villa
Grotcov. villa Cidlotiz. In provin-
cia Cyten. villa Mechamyrzk. ad
devitandam autem omnem dubie-
tatem et calumpniantium insi-
dias ne aliquis aliqua surreptio-
nis astutia vel diabolica fraude
hanc nostram donationem pre-
sumat minuere aut immutare
ipsam sigillo nostro et sigillo capi-

tuli nostri fecimus roborari. atten-
tius precipientes sub anathematis
pena firmam et inconuulsam per-
petuo conseruari. Si qui vero vio-
lauerint cum Dathan et Abyron
accipiant portionem. conseruanti-
bus pax et salus perpetua tribua-
tur. Testes. prepositus Conradus.
Thitmarus. Crisanus. Adam. Erm-
fridus. Rodolfus. Canonici Caminen-
ses. de Colbaz Rodolfus. de Vzinam.
Rudgerus abbates. Laici. Cetzlaus.
Iohannes Nanckviz. Vnima. Wizlaus
Caminenses. Rochillus. Iohannes Dirs-
kviz. Zlaumarus Diminenses. Ac-
tum anno incarnationis domini-
ce M°. C°. XC°. IV°.

Dreger: Codex Pomeraniae di-
plomaticus. p. 54.

1194. Papież Celestyn III klasztór Usedomski pod swoją opiekę przyjmuje z wyszczególnieniem posiadłości onegoż.

Celestinus Episcopus seruus seruorum Dei: dilectis filiis Rogero abbati ecclesie sancte Marie in Uznam eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium. ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet aut robur. quod absit. sacre religionis eneruet. Ea propter dilecti in domino filii. vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam in qua diuino mancipati estis obsequio. ad instar felicis recordationis Alexandri pape tertii predecessoris nostri sub beati Petri ac nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem

statuentes vt ordo canonicus qui
secundum Deum et beati Augusti-
ni regulam atque institutionem
premonstratensium fratrum in ec-
clesia vestra institutus esse dinos-
citur. perpetuis ibidem tempori-
bus inuiolabiliter obseruetur. Pre-
terea quascumque possessiones
quecumque bona eadem ecclesia
impresentiarum juste ac canoni-
ce possidet aut in futurum con-
cessione pontificum. largicione
regum vel principum. oblatio-
ne fidelium seu alijs justis mo-
dis prestante domino poterit a-
dipisci firma vobis vestrisque
successoribus et illibata perma-
neant. In quibus hec propriis
duximus exprimenda vocabulis.
villam Grobe. cum appendiciis
suis. et ante castrum Vznam
totum teloneum forense. et de
ipsa taberna decem marcas.
villam Brezix. villam Menecho.
et duas clausuras piscium an-
te ipsam villam. villam Zegla-

./.
ciz. villam Secheriz. villam Wres-
teuiz cum alia terra quorun-
dam Slauorum. Item teloneum
de omnibus nauibus illic trans-
euntibus vel ad ciuitatem Vznam
venientibus. partem etiam pro-
uincie Wanzloue que Lypa dici-
tur cum vniuersis villulis et a-
gris pratis et arbustis locis pla-
nis et asperis nec non et rusti-
cis decimariis. Item in prouin-
cia Rochou villam Sosniche
cum ecclesia et taberna. In pro-
uincia Lessan villam Reuene.
et super riuum Bertbroa locum
molendini. In prouincia Scite-
ne totum forum. terciam ta-
bernam. villam Chorene. cum
hereditate Nemanteuiz. et ter-
ciam partem ville Zlaboriz. et
super riuum Ribeniz villam et
molendinum. terram etiam ei-
dem riuo contiguam. a veteri
scilicet ponte. vsque ad transi-
tum Dansne. In prouincia Groiz-
wine villam Bobleuiz. et in foro

./.

ejŭsdem tabernam qŭartam.
In proŭincia Gozchoŭ villam no„
mine Dŭlpo. secŭndam chireŭiz.
terciam Spacheŭiz. qŭartam
Sclatheŭiz. qŭintam Bobaliz.
Iŭxta castrŭm Stetin. villam Cele„
choa et villam Teplina. et ante
castrŭm Vidŭchoa sŭper Ode„
ram sitŭm terciam partem te„
lonei de omnibŭs naŭibŭs illinc
transeŭntibŭs. et piscatŭram in
flŭŭio Tinemenize. et dimidiam
piscatŭram in torrente Cripenitze
qŭe pertinet ad villam Damba„
gora. Item in proŭincia Wolin.
villam Drammine. In proŭincia
Vcre. villam Carniz et ecclesiam
in Posdŭwolc. cŭm villa Bŭdes„
sina. Iŭxta castrŭm Cholberch
censŭs salis de sartaginibŭs
in omnibŭs dominicis diebŭs
et ante ipsŭm castrŭm de ta„
berna domini Bŭgozlaŭi tres
marcas. et de taberna domini
Kazimeri fratris ejŭs tres mar„
cas et in eadem proŭincia dŭas

uillas Poblote et Suelube et telone„
um de ponte ante ipsam villam.
et ante pontem tabernam vnam.
et census lignorum quę vehun„
tur per fluuium Persandi. In
castro Belegarda tabernam vnam.
et tercium denarium de teloneo
plaustrorum transeuntium. Ibi„
dem omnem decimationem seu
justiciam villarum ejusdem ec„
clesię. quas pię memorię Adal„
bertus primus Pomeranorum
Episcopus pia ecclesię vestre lar„
gicione concessit. Cum autem ge„
nerale interdictum terre fuerit.
liceat vobis januis clausis. non
pulsatis campanis. exclusis ex„
communicatis et interdictis. sub„
missa voce diuina officia cele„
brare. Liceat quoque vobis cle„
ricos et laicos. liberos et abso„
lutos e seculo fugientes ad con„
uersionem absque alicujus con„
tradictione recipere. et eos sine
contradictione aliqua retinere.
Prohibemus insuper vt nulli fra„

trum vestrorum post factam in eo-
dem loco professionem fas sit sine
abbatis sui licentia aliqua leuita-
te de eodem loco discedere. Disceden-
tem vero absque communium lit-
terarum cautione nullus audeat
retinere. Paci quoque et tranquil-
litati vestre paterna sollicitudine
prouidere volentes. auctoritate a-
postolica prohibemus. vt infra
clausuram loci vestri seu gran-
giarum vestrarum nullus vio-
lentiam vel rapinam. furtum
seu incendium committere. homi-
nem capere vel interficere au-
deat. Sepulturam quoque eius-
dem loci liberam esse decerni-
mus vt eorum deuocioni et ex-
treme voluntati qui se illic sepe-
liri deliberauerint. nisi forte ex-
communicati vel interdicti sint.
nullus obsistat. salua tamen
iusticia illarum ecclesiarum
a quibus mortuorum corpora
assumuntur. Decernimus ergo
vt nulli omnino hominum liceat

predictam ecclesiam temere pertur-
bare. aut ejus possessiones auferre.
vel ablatas retinere. minuere seu
quibuslibet vexationibus fatigare.
sed omnia integra conserventur
eorum pro quorum gubernatione
et sustentatione concessa sunt.
usibus omnimodis profutura. sal-
va sedis apostolice auctoritate
et diocesani episcopi canonica
justicia. Si qua igitur in futu-
rum ecclesiastica secularisve per-
sona hanc nostre constitutionis
paginam sciens contra eam ve-
nire temptaverit. secundo tercio-
ve commonita. nisi presumptio-
nem suam digna satisfactio-
ne correxerit. potestatis honoris-
que sui careat dignitate. ream-
que se divino judicio existere
de perpetrata iniquitate cognos-
cat. et a sacratissimo corpore
ac sanguine Dei et redemptoris
nostri Ihesu Cristi aliena fiat.
atque in extremo examine dis-
tricte ultioni subjaceat. Cunctis

./.


autem eidem loco sua iura ser-
uantibus sit pax domini nostri
Iesu Cristi. quatinus et hic fruc-
tum bone actionis percipiant
et apud districtum iudicem pre-
mia eterne pacis inueniant.
Amen. A. 9 $\frac{XXX}{}$ c. Amen.
Ego Celestinus Catholice ecclesie
episcopus ss.
✠ Ego Albinus Alban. Episcopus ss.
✠ Ego Iohannes Prenestinus Epis-
copus ss.
✠ Ego Petrus Portuensis et S. Rufi-
ne Episcopus ss.
✠ Ego Pand. basil. XII. apostolo-
rum presbiter Cardinalis ss.
✠ Ego Petrus tit. S. Cecilie presbi-
ter Cardinalis ss.
✠ Ego Iohannes tit. S. Clementis
Card. Viterbiensis et Tuscensis
Episcopus ss.
✠ Ego Hug. presbiter Cardina-
lis sancti Martini tit. Equi-
tii ss.
✠ Ego Iohannes tit. Sti Stepha-
ni in Celio monte presbiter
Cardinalis ss.


./.


✠ Ego Goffredus tit. sancte Praxe-dis presbiter Cardinalis ss.
✠ Ego Bernardus sancti Petri ad vincula presbiter Cardinalis tit. Eudoxie ss.
✠ Ego Gratianus sanctorum Cosme et Dam. diaconus Cardinalis ss.
✠ Ego Gerardus sancti Adriani diaconus Cardinalis ss.
✠ Ego Gregorius sancte Marie in portic. diaconus Cardinalis ss.
✠ Ego Lotarius sanctorum Sergii et Bachi diaconus Cardinalis ss.
✠ Ego Nicolaus sancte Marie in Cosmydin diaconus Cardinalis ss.
✠ Ego Bobo sancti Theodori dia-conus cardinalis ss.

Datum Laterani per manum Cen-cii sancte Lucie in Orthea diaco-ni Cardinalis domini pape Came-rarii X. Kalendas Aprilis. Indic-tione tercia decima. incarnatio-nis dominice anno M°. C°. XC°. IIII°. Pontificatus vero domini Celes-tini pape tertii anno quarto.

Dreger: Codex Pomeraniae diplomat. p. 55.








1196. Papież Celestyn III nadaje biskupowi płockiemu prawo rzucania klątwy na drapieżców dóbr kościoła płockiego.

Celestinus episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Plocensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Ad provisionem Ecclesiarum omnium et earum quietem in eminenti sedis Apostolice specula constituti. ipsarum tenemur utilitati consulere. et incommodis quantum nobis conceditur. precavere. Ea propter Venerabilis in Christo frater, ecclesie tue paterna volentes sollicitudine providere. ut illicitos molestatores ipsius et invasores rerum eiusdem nisi ammoniti a sua presumptione destiterint. vel ecclesie satisfecerint competenter. sententia excommunicationis involvas. liberam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario con-

traire. Si quis autem hoc attempta-
re presumpserit. indignationem omni-
potentis dei et beatorum Petri et
Pauli Apostolorum eius se noverit
incursurum. Datum Laterani II Idus
Decembris Pontificatus nostri an-
no sexto.

Kodeks dyplom. księstwa
Mazow. str. 1.



1198. Patriarcha Monachus poświadcza założenie, uposażenie i posiadłości klasztoru Miechowskiego. –

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filij et spiritus sancti Amen. Mon(achus) Dei gracia sancte Resurreccionis ecclesie patriarcha et totum eiusdem ecclesie capitulum. Uniuersis Archiepiscopis. Episcopis. Abbatibus. Prepositis. et ceteris ecclesiarum prelatis. ducibus. Comitibus. Baronibus, Militibus. et ceteris sancte matris ecclesie filijs. per ducatum Polonie constitutis. et in posterum constituendis, ad quorum noticiam presentia scripta hec peruenerint, salutem. et patriarchalem benedictionem. Cum labilis sit memoria hominum, cui non suffragatur perpetuitas literarum. Uniuersitati uestre presentibus litteris innotescat. Quod cum dominus Jaczo uir bone memorie, dominicum adiret sepulchrum. et in loco ubi ste-

terunt pedes Domini adoraret. Inter-
ter alia deuocionis sue insignia ro-
gauit. ut ecclesia s.anctí sepulchri unum
de canonicis suis secum in Polo-
niam mitteret. quatinus ad sol-
uendum uotum quod fecerat. cum
quibusdam hereditatibus inuesti-
ret. Quia cum esset uir christia-
nissimus et precipue circa domi-
nicum sepulchrum deuotus. eccle-
siam nostram suis uolebat dota-
re patrimoniis. et apud remotas
illius prouincie gentes Christi pa-
trimonium ampliare. ut dum e-
ius patrimonium amplificaret in
terris. eterne ciuitatis heres a Chris-
to conscriberetur in celis. Cum er-
go quendam canonicum secum
in Poloniam perduxisset. egregij
ducis Bolezlaui consensu ac uo-
luntate omnimoda. tres uillas
uidelicet Mechow. Zagoriz. et Com-
marowo. in perpetuam helemo-
sinam canonico et suis successo-
ribus assignauit. Et ne aliquis
successorum suorum donationes

c. 1166

eius posset in irritum ducere, seu
villas prenominatas a Iherosoli-
mitane ecclesie dominio reuoca-
re; futurorum paci prouidens et
quieti, predictum ducem Bole-
zlauum dominum suum familia-
riter adijt. et eius confirmationem
familiari precum instancia re-
quisiuit. Dux uero prestantissi-
mus eius preces deuotas exau-
diens, uillis ab eo donatis suam
confirmationem adhibuit. Tota-
lem insuper ecclesie nostre liber-
tatem et perpetue immunitatis
prerogatiuam concessit, ut om-
nes hereditates, quas Hieroso-
limitana ecclesia ibi posset ad-
quirere, propter Dominici sepul-
chri reuerenciam, ab omnibus
publicis exactionibus et seruitijs,
que in ducatu Polonie fuerint,
essent penitus absolute. Statuit
siquidem quod homines in uillis
nostris habitantes ad expedicio-
nem non eant, castrum non e-
dificent, poralne et strozam non

~~idicant~~ dent, monetario non obediant,
porroz (ü) et podüode non tribüant.
Propter quod ecclesia nostra tam e-
üm, quam süccessores suos oracio-
nüm et beneficiorüm, que apud nos
fiünt, participes esse concessit. Cüj
1173 cum frater eius Mesko successisset
in honore regiminis: factüs est par-
ticeps pietatis, düm libertatem, qüam
prior contulit, seqüens nichilomi-
nüs confirmaüit. Post eüm fra-
1177 ter eiüs dux Casimirüs priorum
exempla secütüs, donüm liberta-
tis a fratribus editüm, ratüm
habüit, et illüd süo priüilegio ro-
boraüit. Unde factüm est, üt pro-
cessü temporis mülti üiri nobi-
les, helemosinas suas ecclesie nos-
tre conferrent, et hereditates ac vil-
las Dei intüitü largirentür, qüo-
rüm nomina düximüs annecten-
da. Inprimis dominüs Gedko ve-
1166-1185 nerabilis Cracoüiensis episcopüs pro
anima süa et successorum süo-
rüm, dedit ecclesie sancti sepülchri
in helemosinam decimas istarüm

quatuor villarum, scilicet Mechow. Zagorizze. Comarow. et Coccha. Dominus Zuantozlaus. dedit Coccham inferiorem. Dominus Comes Stephanus dedit Coccham superiorem. Comes Nicholaus palatinus dedit duas villas, Tarsick. et Replick. frater Crecocha dedit villam que est iuxta Meschow. Hugoldus Clericus dedit sortem unam que erat super Coccham. Uxor Gneomiri de cum filio suo dedit Lantkowic. Dominus Lassota dedit Dubnam. Dominus Leonardus dedit villam iuxta Coccham inferiorem. frater eius Wlodimirus dedit Belobrese. ~~Domina~~ Iohannes dedit villam, que decambita fuit a fratre eius Mattheo pro Gostyradic. Dominus Gierloch et uxor eius cum filijs suis dederunt duas villas ~~suas~~ scilicet Charnkow et Olucham. Uxor Wseborij pro eius anima et sua et filiorum suorum, dedit villam, que dicitur Golchowo cum suis pertinentijs. Dominus Cazimirus

dedit Benganouo. Comes Iacobus
sumdemirensis (!) dedit villam que dicitur Karo-
che. Dominus Michora dedit nobis W3
super Robam villam, que dicitur
Quelme cum ecclesia et decimis.
et forum et tabernam, et aliam
villam Nesc̄ouiche. Item addi-
dit sal de Bochegna. Aliud sal
in preuenchnam. Tertium sal Sidi-
gnam. et aliam tabernam Auden-
cam. Andreas frater Mathei de-
dit Bamuol Insumdemirensi
prouintia. Comes Radozlaus pro-
anima sua dedit nobis Skari- W3.
sou et ecclesiam, forum et ta-
bernam. Predictus uero dux Ca-
simirus talem huic foro contu-
lit libertatem, ut ad ipsum ue-
nientes, morantes et exeuntes, mer-
cimonia libere contrahere possent.
Insuper consilio usus et prece
monetariorum rogatus, tres mar-
cas manualis argenti de domo domini
monetarijs dari decreuit.
Domino uero terre de quolibet plau-
stro, salis quinquaginta capita.

domui uero duodecim capita salis accipere constituit. De alecijs uero totidem alecia. Hanc vergo supradictam libertatem domino patriarche et ceteris fratribus per litteras suas demandauit. Eandem etiam libertatem coram Zdysla archiepiscopo in pascha domini in Spierzow multis ibidem nobilibus astantibus, domino Casimiro iubente, dominus Lupus episcopus in communi predicauit, tunc etiam scripto et sigillo suo confirmauit. Decimas uero ipsius ecclesie predictus episcopus Gedeco addidit, scilicet decimam de commemorato Txarysow, et aliarum quatuor villarum Modrelac et Wirbice et Sdinechowic et tCrampa. Item predictus comes Radozlaus dedit Repinam et homines morantes in ea. Dominus Zyra et uxor eius cum filio suo Otthone dederunt duas villas Samagost que est supra Vizlam et prope

113

Sdizlauo

inspirzow

risow

Ziro


Oltone


Xpisto dedit


Kije Aliam. ~~Christophorus~~ dedit Lxi-
nam. quam decambiuit prefatus
Cazimir pro Boruana. et ~~Comeou~~ Comeou.
Dominus Ottho de Verbic dedit Dir-
scou. Voizlauus frater domini Geth-
konis episcopi in Vroslauiensi pro-
uincia dedit duas villas que de-
cambite fuerunt ab episcopo Vro-
zlauiensi pro villa que dicitur
Groscouic. et pro Sclauono et
earum decimis. Dominus ~~Budy-~~
~~woy~~ Bugiuoy dedit Gorzeslauice. In Gue-
nezne frater Prezlauus dedit ec-
clesiam cum duabus villis. Ducis-
sa de Gnezne dedit Grodize
cum Taberna. Tito Theotonicus
dedit villam que est ante Riu-
dam. Igitur quoniam a filijs
non debet reuocari in irritum.
quod a patribus ob animarum
suarum salutem tam sollempniter
est concessum. et quia donatio-
nes iste confirmate a ducibus
perpetuam debent stabilitatem
habere. Uniuersos qui Deo et sancto
sepulchro suas dederint helemo-

sinas et ipsorum heredes ac filios, patriarchali qua fungimur au-
ctoritate monemus, diligentius ob-
secrantes, ut elemosinas ecclesie
nostre a patribus concessas omni
tempore ratas habeant, et quod
ab eis statutum est, nullatenus
violare presumant, scientes, quod
si filij patrum donationes ratas
habuerint et illesas, omnium ora-
tionum et beneficiorum, que in
nostra fiunt ecclesia erunt parti-
cipes, bonum a Christo premium
recepturi. Si vero libertates in-
fringere, vel possessiones auferre,
illicita temeritate presumpserint,
noverint se ante tribunal Iesu
Christi districtum subituros iu-
dicium et ab ipso, quem in crucis
suspensum patibulo adoramus,
cuius patrimonia invaserint,
in extremo examine fortiter pu-
niendos. Factum est hoc. Anno
Dominice Incarnationis. M.C.XC.VIII.

Nakielski: Miechovia. p. 83.
Długosz: Lib. benef. III p. 29.







1198. Grzymisław ks. pomorski nadaje Szpitalnikom Jerozolimskim zamek Starygród tudzież inne posiadłości i daniny.

In nomine domini amen. Ego Gri-
misclauus Dei gratia vnus de prin-
cipibus Pomeranie audium audiens
a multis de hospitali Therosolimita-
no. quanta in eo misericordie o-
pera circa pauperes et infirmos
peruisitatores dominici sepulcri
iugiter exhibentur. tante merce-
dis tantorumque beneficiorum at-
que orationum tante multitudi-
nis ob remissionem peccatorum
meorum quibus me grauiter op-
pressum recognosco. aliquam cu-
piens portionem habere. ad hec
sequenda prefata misericordie o-
pera me coadiutorem constitue-
re volens secundum facultatem
michi diuinitus concessam. ad ho-
norem Dei sanctique sepulcri sanc-
tique Iohannis baptiste de propria
hereditate mea ab auis et attauis

meis michi relicta. dedi predicto
hospitali sancti sepulcri sancti-
que Johannis baptiste castrum
meum quod vocatur Stargrod.
cum terris. siluis. aquis. lacu-
bus. molendinis. mellificiis. et
cum omnibus iudiciis ad ea spec-
tantibus et tributo ei cum om-
nibus aliis vtilitatibus pertinen-
tibus que sunt in presenti vel
in posterum poterunt oriri. tam
sub terra quam super terram.
dantes incolis predictorum frat-
rum ex omni actione et seruicio
ducali in perpetuum meram li-
bertatem cum distinctis metis
sicut subnotantur. Prima meta
procedit a riuulo Rebina dicto
vbi cadit in Verissam. tenden-
do ipsam Verissam sursum ha-
bens dimidium fluuium cum
omni vtilitate que potest habe-
ri vsque ad castellum Wissoke
wlgariter nuncupatum. quod
castellum dextro latere tenendo.
relicta Verissa directo tramite

mete procedunt ad quadriuium viarum. quod est ante lacum qui Crang nominatur. Item a quadriuio viarum directe gra- diendo per siluas procedunt ad monticulum metarum causa conjactatum. Abhinc extendun- tur recte ad paludem albam sic vlgariter nuncupatam. Abinde recte diriguntur ad vallem sii- per quam duo pugiles jacent tumulati. que vallis dimidia in longum ad Verissam descen- dendo pertinet fratribus supe- rius memoratis. Ibique transe- unt ipsam Verissam fluuium ad modum crucis et diuidunt aliam vallem similiter per me- dium in longum vsque ad mon- ticulum perueniatur qui ratione metarum est comportatus. qui monticulus adjunctus est lacui qui dicitur Ostrovithe. abhinc namque directe mete extendun- tur vsque ad locum vbi Rutco- winza riuulus cadit in fluuium

Wetuza nominatum. arrepto ita-
que ibidem riuulo Ruitcowinza
sursum cum vtroque litore ac
omni vtilitate que potest haberi
donec ad viam que transit i-
psum riuulum eundo de Visi-
no in Trsow. ibique relicto ri-
uulo prenominate mete ten-
dunt directe in Chocholce. ipsum
locum ville per medium diui-
dendo. Abhinc denique recte ex-
tendendo quousque perueniatur
in Litocrew qui locus ville si-
militer diuiditur per medium.
et ab eodem loco procedentes rec-
te perueniunt ad monticulum
qui etiam causa metarum est
conglobatus ibique crux in la-
pide sculpta habetur. et ibi viam
tenentem mercatorum que ducit
de Gdanczk in Stargrod que di-
citur via domini Grimislaui.
mete procedunt ad riuulum Mi-
lechowinitza dictum. ibique relic-
ta via prefati domini Grimi-
slaui vadunt per descensum

dicti riuuli Milechvwnize habentes
vtrumque litus. qui simul cum
Jastrimba cadunt in lacum Sten„
co nominatum cujus lacus tenen„
tes sinistro latere situs tendunt
versus Stargrod. donec perveniam„
tur ad paludes quas in lon„
gum per medium diuidentes
veniunt ad viam que currit
de Stargrod in Trsow. ibique
arrepto riuulo cum vtroque li„
tore qui dicitur Retima gra„
diuntur mete vsque perueniatur
ad lacum Retime nuncupatum
qui ex integro attinet prefatis
fratribus hospitalariis Jerosolo„
mitanis. deinde sequuntur me„
te riuulum Retimam per descen„
sum vtrumque litus tenentes do„
nec perueniatur vbi cadit in Ve„
rissam. Insuper etiam damus
Ricosino cum omnibus metis ac
vtilitatibus et cum jure superius
annotato. Preterea quoque ob ma„
jorem mercedem do eidem hospi„
tali ecclesiam in Lubisow in ho„

nore sancte trinitatis consecra-
tam cūm omni prebenda qūam
ibidem ordinauēram dūobūs Ca-
pellanis domino jūgiter serūitū-
ris cūm decima triūm villa-
rūm scilicet Lūbisow. Thessow et
Bale qūam dedit eidem eccle-
sie Episcopūs Stephanūs qūan-
do eam consecrauīt. Insūper
contūlit de propria bona vo-
lūntate ac aūctoritate sūa ac
ipsiūs capitūli libero consensū
decimas sūper alias omnes pos-
sessiones ipsorūm sūperiūs ano-
minatas. liberas perpetūis tem-
poribūs possidendas sicūt antea
XXIIII^or annis libere possederūnt
in extirpatis agris in silūis in
virgūltis et in pratis vbi in po-
sterūm agricūltūra poterit ha-
beri in presenti et fūtūro. Etiam
cūm omni decimatione aratūre
mee in omni proūincia Tallinen-
si. cūm omni decima castorūm
Verisse et Wisle cūm decima om-
niūm salmonūm et stūrionūm

et aliorum piscium. cum decima
poledrorum. vitulorum agnorum
porcellorum et anserum. decimam
sarcinam allec de Thelonio. de-
cimam marcam de moneta et
taberna. Hec omnia nominata
sunt et recitata in die beati
Martini in consecratione eccle-
sie beate Marie virginis in Swe-
ze. in audientia multorum qui
aderant sub sententia anathe-
matis a prenominato Episcopo
Wladislauiensis ecclesie cum ex-
tinctione candelarum prefato
hospitali confirmata. et vt om-
nia ibidem illibata permaneant
et intacta. sigillo ipsius episco-
pi et meo atque ipsius capi-
tuli libera voluntate et consensu
duximus presentem paginam ro-
borandam. Actum anno domi-
ni M°. C°. LXXXXVIII°. Testes qui
affuerunt. Paulus filius Bugu-
slai palatinus in Swecze. Sy-
mon Coslowiz palatinus in
Gdanzk. Wilhelmus presbiter. Ma-

gister Conradus. Bertoldus et Wal-
therus archidiaconi. Vincentius.
Egidius. Paulus. capellani. Wilhel-
mus de Trecze. Johannes de Wisse-
grod presbiteri. Dominus Dirsek.
Bartholomeus de Stetin. filii Do-
brogosti Nicolaus. Vincentius. To-
mislaus. et Dobrogost cognatus
eorum. et pincerna episcopi Vlotz.
et alii multi clerici et layci no-
biles et ignobiles.

Dreger: Codex pomeraniae
diplomat. p. 59. –

1198. Przymisław ks. pomorski nadaje Szpitalnikom Jerozolimskim zamek Starygród tudzież inne posiadłości i dominy.

Ego Grimislaus qualiscunque vnus de Principibus Pomeraniae dudum audiens a multis de Hospitali Jerosolimitano quanta in eo misericordie opera circa pauperes et infirmos per uisitatores dominici sepulcri jugiter exhibentur tante mercedis tantorumque beneficiorum atque orationum tante multitudinis ob remissionem peccatorum meorum quibus me grauiter oppressum cognosco. aliquam cupiens portionem habere. ad exequenda prefata misericordie opera me coadjutorem constituere volens, secundum facultatem michi diuinitus concessam ad honorem Dei sanctique sepulcri sanctique Johannis baptiste de propria hereditate mea ab auis et atauis meis michi relicta dedi predicto hospitali sancti sepulcri sanctique Johannis bap-

tiste castrum meum quod vocatur Starigrod cum omnibus terris et siluis et aquis et tributo ei pertinentibus. dedique totam terram inter uiam mercatorum que ducit in Gdzank et inter Verissam fluuium vsque ad fines Cameroư. Dedi quoque ipsam villam Cameroư. et secundam Reuenino. quam etiam dudum dederam vsque ad fines Pogodcoư cum omnibus siluis et agris et pratis et lacubus et fluuio nomine Vethrica simul cum castoribus omnibus et piscatura. Hiis etiam superaddo duas villas desertas Scedroư et Cernocino. Et vt fratres hospitales sine timore mei possint homines in prefatis villis collocare. Dedi etiam beato Iohanni quod me contingebat de fluuio Verissa superius a castello nomine Nissoke vsque ad fines Iarosoư superius cum castoribus et omni alia vtilitate si qua esse potest in clausuris et piscatura. Quod autem obmittendum est estimo inter pacem fratrum conseruandum. notum

facio terminos Vetrice fluuii. qui per-
tinet ad fratres. esse vbi in eum ca-
dit Rudcomnica fluuiolus sursum.
Preterea quoque ad majorem merce-
dis cumulum do eidem hospitali
ecclesiam in Lubesow in honore sanc-
te trinitatis consecratam cum omni
prebenda quam ibidem ordinaueram
duobus capellanis ibidem domino
seruituris. cum decima scilicet dua-
rum villarum Thescov videlicet et
Beale quam dedit eidem ecclesie do-
minus episcopus Stephanus quando
eam consecrauit cum omni decima-
tione arature mee in omni pro-
uincia Tallimensi cum omni deci-
ma castorum Verisse et Wisle cum
decima omnium sturionum et salmo-
num aliorumque piscium. cum de-
cima poledrorum vitulorum agno-
rum porcellorum et anserum. deci-
mam sarcinam allec de thelonio.
decimam marcam de moneta et de
taberna. Hec omnia nominata sunt
et recitata in die beati Martini in
consecratione ecclesie beate Marie in

Swecze in audientia multorum qui
aderant et sub sententia anathema-
tis a prenominato episcopo cum ex-
tinctione candelarum prefato hospi-
tali confirmata. et vt omnia eidem
illibata permaneant et intacta sigil-
lo ipsius episcopi et meo hec commu-
nire et corroborare dignum duxi.
Actum anno incarnationis domini-
ce M°. C°. LXXXXVIII°. Testes qui affu-
erunt. Magister Conradus. Bertoldus
et Waltherus archidiaconi. Vincen-
cius. Egidius. Paulus. Capellani. Wil-
helmus de Lubisow. Wilhelmus de
Swecze. Johannes de Wissegrod pres-
biteri. Dominus Dirsec. Bartholome-
us de Stetin. filii Dobogosti Nico-
laus. Vincentius. Thomislaus. et Do-
bregost cognatus eorum. Vlost pin-
cerna episcopi et frater eius Stro-
slaus. Paulus. Frornuir Johannes
tribunus. Bosek Boguslauec. et alii
multi clerici et alii nobiles et igno-
biles.

Dreger: Codex Pomeraniae di-
plomat. p. 63.–

(1200.)


Bogusław II ks. pomorski nadaje klasztorowi w Kolbas wieś Brodę, niegdy Waltera własną.

In nomine domini Iesu Cristi. Ego Boguzlauus Dei gratia Pomeranorum Dux. Omnibus sancte ecclesie filiis. notum esse volo tam presentibus quam futuris. Quod locum qui vocatur Broda dono tradidi cuidam viro nobili Waltero nomine in possessionem quam diu viueret. Is postmodum cogente inopia predictam possessionem me consulto vendere disposuit. quod ego audiens satis egi vt deueniret in vsum famularum Cristi. Itaque emit eam condigna pecunia venerabilis abbas de Colbas cum omnibus appendiciis suis meo assensu. annuique voluntarie. sperans exinde apud Deum et michi aliquam mercedem prouenturam. Item quicquid exactionis quicquid seruicii in predicta vil-

ta habui. ob salutem anime me„
e ecclesie Dei in Colbas Cristoque
in eo militantibus in perpetuum
donaui. Porro ut omnis calump„
nie tollatur occasio et ut cunc„
ta que in presenti paginula con„
tinentur rata perseuerent et in„
conuulsa ipsam paginullam si„
gilli mei inpressione munire cu„
raui ne quis predicti loci ter„
minos auferre vel imminuere
presumat quod si quis presump„
serit longe fiat a salute. Scien„
dum etiam. quod nulli ali„
quando molendinum facere li„
ceat in Plona vel in nigro ri„
uulo nec sub littore quod est
in parte castri Piriz. Sunt au„
tem hii termini. De Breda quod
dompnus Walterus obtinuit a Plo„
na usque ad tres lapides sub
monte positos. a tribus vero lapi„
dibus per viam que ducit Star„
gard. Et ab ipsa via versus orien„
tem ad montem qui est inter
terminos Brede et Dambiz. Hu„

pũs rei testes sunt. Lodizlaũs filiũs Melconis Wartizlaũs Zlaũinie et plũres terre nobiliores. Conradũs prepositũs de Camyn. Walterus abbas de Groba. Gerardũs de Stargard.

Dreger: Codex pomeraniae diplom. p. 66.




(1200.)

Bogusław II ks. pomorski nadaje klasztorowi w Kolbas wieś Brodę, niegdy Waltera własną.

In nomine domini nostri Jhesu. Ego Boguzlauus Dei gratia Dux Pomeranorum. Omnibus sancte matris ecclesie filiis notum esse volumus tam presentibus quam futuris. Quod locum qui voca-tur Broda dono tradidi cui-dam nobili viro Walthero nomi-ne in possessionem quam diu viueret. Is postmodum predic-tam possessionem me consulto vendidit venerabili abbati de Colbas condigna pecunia cum omnibus attinentiis suis. quod fieri libenter annui. sperans ex-inde apud Deum et michi ali-quam mercedem prouenturam. Sciendum etiam quod nulli aliquando molendinum facere liceat in Plona vel in nigro ri-uulo nec in littore quod est

in parte castri Piritz. Sunt aū-
tem hii termini inter Grūdiz et
Broda. a tribus lapidibus ver-
sus Plonam respicientes super tres
quercus in campo Ryssow. et ab
eisdem tribus lapidibus transeun-
tem ad tumulos paganorum et
sic per viam que ducit Stargard
ad montem Wolsigore qui est
juxta Gounisam. Item quicquid
exactionis quicquid seruicii in pre-
dicta villa habui ob salutem a-
nime mee ecclesie Dei in Colbaz
Cristoque in eo militantibus im-
perpetuum donaui. Hujus rei tes-
tes sunt Wlodizlauus filius Mesi-
conis. Warlizlaus Zlauuie. et plu-
res terre nobiliores. Conradus pre-
positus de Camyn. Walterus ab-
bas de Groba. Gerardus de Star-
gard. Et vt hec donatio imper-
petuum rata sit. sigilli nostri
appensione confirmamus.

Dreger: Codex Pomeraniae
diplomat. p. 65.




(1200.)

Bogusław II ks. pomorski nadaje klasztorowi w Kolbas wsie Chlebów, Woltyn, Strzemle i Tuchina.

Boguzlauus Dei gratia Dux Pomeranarum Venerabili abbati de Colbas nec non et omnibus Deo famulantibus tam presentibus quam futuris salutem in perpetuum. Quoniam auctore Deo cunctorum seruorum Dei protectores cooperatoresque fore nos oportere cognoscimus. idcirco presentis attestatione scripti cunctis innotescimus quod paternam imitantes pietatem Colbacense monasterium in nostram plenariam suscepimus defensionem. omnemque de cetero molestie injuriam de ipsius habitatoribus tam intus quam foris prohibere parati sumus ipsorumque homines quocumque perrexerint pacem habere decernimus. Preterea predium quod Clebowe dicitur cooperante dilectissimo ac fi-

ideli nostro Thessimero Priboris filio
cum omnibus terminis ejus con-
ferimus locumque qui Woltina
vocatur. pro centum marcarum
pedacius cum omnibus attinentiis
ejus. heredibus Wartizlai ipsis in
Camin coram multis testibus pro-
fiteri permisimus. villam quoque
que Tremte dicitur cum libertate
incidendi ligna in Stargarden-
sibus silvis similiter indulsimus.
Villam etiam in Colbergensi pro-
vincia Tuchina dictam eis perpe-
tua donatione contulimus. Que
omnia tam salutis anime nos-
tre quam predicti loci fratres
servicii causa disposita per nos
perpetuo rata et inconvulsa per-
manere decernentes presentis scrip-
ti paginam sigilli nostri appen-
sione duximus muniendam.

Dreger: Codex Pomeraniae di-
plomaticus p. 64.




1200.

Bogusław i Dobrosława ze Sławna dają Szpitalnikom Jerozolimskim wsie Skarnino i Kosmaccwo w zamian za Selglów.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Notum esse optamus presens scriptum intuentibus. quod ego Bogustaus et soror mea Dobrostaua de Slauna. dedimus has villas beato Johanni et beato Jacobo et hospitali Jerosolimitano quarum quibus primum Scarnino. Cosmaccuo sub hac forma dedimus quod aliam villam nobis necessariam optinuimus nomine Selgleu cum omnibus terminis suis hereditario iure possidendas. cognita igitur veritate denunciamus et in domino obsecramus quatenus villas prenominatas post finem vite nostre nullatenus immutare presumant. Anno dominice incarnationis millesi-

-mo ducentesimo. hoc testimonio. ipso die beati Adalberti et sub testimonio Swogtini. Vlisconis. Radiconis. Peregrinus. Milobrat. Racek. Sulistrig. Eletmarus et quamplures alii hoc scientes.

Dreger: Codex Pomeraniae diplomat. p. 67.



1203. [1193]

Mieszek Stary zatwierdza nadanie ks. Salomei wsi Radziejowa klasztorowi Mogilnieńskiemu i onemuż różnych swobód udziela.

Anno incarnacionis Domini millesimo centesimo tercio. Ego Mesco dux Polonie requirens ecclesie sancti Ioannis Evangeliste priuilegia in Muglyn sub tempore domini Bogumili eiusdem ecclesie Abbatis inter cetera inveni quoddam priuilegium de villa Radeuo matris mee nomine Salomea, continens sic: In nomine sancte trinitatis. Quum a Domino... /: dalej następuje przywilej księżnej Salomei N. :/ Ego vero Mesco dux Polonie diligenter notatis omnibus, que in priuilegio superiori scripta sunt, aduocato ad me iam memorato monasterii mei abbate percunctatus sum eum, si eo iure, quo confirmauerat mater mea sui priuilegii iam dicto tenore et excommunicacione graui subterposita villam Radeuo legittime possideret, respondit se nimis lesum in subtraccione predicte ville a qui-

busdam meis hominibus Milchone, Sire-
cha, Kotsdone filiorum Mlodo et Lubas-
se atque aliorum camerariorum in
circuitu, qui eandem per concessum
ipsius antecessorum peticionis causa
uxoris fratris mei ducis Casimiri iam
longo tempore coluerunt. Sed quia iu-
ris est Polonie cunctarumque terra-
rum testimonio idoneo quecumque in-
certa atque dubia ad cognicionem ve-
ritatis manifeste perducere, citati ad
meam audienciam predicti rustici ab
abbate nulla sufficienti affirmacione
verborum de obsessa villa se poterant
expedire, visum est mihi meisque ba-
ronibus iusto iudicio, ut idem ab-
bas B. predecessorem suum domi-
num Arnoldum episcopum Lubus-
censem ad certificandam rei veri-
tatem presignato tempore statueret.
Qui veniens in sepe dictam villam
cum nostris nunciis videlicet Al-
berto de Dysz et fratre eius Roslavo,
Bodislavo subcamerario, Targossa,
Nassebudo camerariis aliisque, coram
omni vicinitate Radecow tam nobi-


tium quam simplicium iuxta fidei
catholice censuram in verbo Dei testi-
ficatus est: villam eandem cum his
omnibus sortibus, quas supradicti
famuli mei occupaverant, esse be-
ati Ioannis per totum, sicut et in
superioribus repereram, adiiciens, per
sue manus indicium confirmans
auctoritate beati Petri sanctique Io-
annis villam Radecow terminos ha-
bere cum Bythoni cum Paulo filio
Huponis /: Tergonis :/ cum villa Czest-
konis, cum petro filio Takuszonis,
cum villa Andree Sambor, cum Ski-
bino, cum plaucis, cum proxouino
et excommunicans per Deum celi ter-
reque conditorem eum, qui vellet
et qui consentiret hoc postmodum
priuilegium aliquocies sine consen-
su Abbatis et fratrum infringere.
Ieciqne ego Mesco dux polonie hoc
meum confirmatorium testamen-
tum super his omnibus tam scrip-
to, quam sigillo, tum eciam testi-
monio vero atque idoneo hic super-
scripto, concedens non solum Radecow

per curiam. sed et omnibus villis per Poloniam sancto Ioanni in Müglin spectantibus, magnam ab omni meo iüre meorümque meo- rümque successorüm in omnibüs li- bertatem, confirmans hoc excom- münicacionis vinculo superiori, si qüis hec post nos attemptaverit infringere qüam diü mündüs ste- terit. Hi sünt testes qüorüm füit presencia tünc, qüando dominüs Arnoldüs episcopüs perhibüit testi- monitüm. Petrus Magnüs filiüs Wszcheborii palatinus Cuiaüiensis, et castellanüs Crussüiciensis, Simon filiüs Degnonis, Petrüs filiüs Ta- kussonis, Nicolaüs filiüs Stüpote, Bogüslaüs filiüs Naklai, Ioannes canonicüs Krüssüiciensis, Walte- rüs canonicus Pameratiüs, sacer- dos Fulco, sacerdos Arnist /: Ar- nüsch :/, sacerdos Boleslaüs /: Bory- slaüs :/, filiüs Ludzmini /: Lücimi :/, Beni /: Ben, Borislaüs :/, Martinus, Vitoslaüs /: Wiekoslaüs :/, Püten, Predeslaüs, Ioannës, filii Rozdali

Andreas, Petrus, Sebastianus, Maslo,
Kraysza, et alii quamplurimi. —
Ego Mesco dux Polonie confero Deo
et sancto Joanni evangeliste in Mu-
glin omnem libertatem in omnibus
villis, que in dominium predicte
ecclesie pertinent, videlicet: Zabno,
Bystrzyca, Olsche, Jalencino, Woin-
cino, Maczewo, Sebersko, Zubeszewo
cum medio lacu, ~~Sceglina~~, ~~Doma-~~
~~nina~~ Radencze cum fluuio, Zwie-
czissenicza ex utraque parte Ochle,
Bogdanowo, Sedne, Mikanowicze,
Leschno, Padniewo cum suis ap-
pendiciis, Chelpsko, Lubien cum
medio lacu, Sceglino, Domanino,
Lyskowo, Zdunowo, Sokolowo, Opa-
lowo, Dalotowo, Czechre, Krythe
cum medio lacu et fluuio per me-
dium, nec non homines qui co-
lunt ipsas villas sive liberi, sive
ascripticii coram omni castellano
nec non palatino non provocen-
tur, sed coram duce provocati
respondeant, vel coram abbate, nec
pasivos ducant, preter cum venerit

duces infra Trimestram /: Tremesnam?/
et Mogilnam, tum ambo loca sex
conferant currus de liberis, nec no-
rach, nec pivvolowe, nec podymo-
we, nec strozam, nec stacionem,
nec aliqua iura soluant; vena-
turam ipsius abbatis in Nebos et
in aliis silvis tam in castoribus
et in clausuris liberam facio preter
tunc, cum dux semel ultra bis in
anno venatum yerit, extunc vena-
cio Abbatis venandi licenciam om-
nimodam habet, que specialis nos-
tra abbacia in Mogilna ab avis
meis nostro sub testimonio post Gne-
snensem archiepiscopum et potiori
et maiori gracia ab eis semper fuit
habita, et in omnibus honorata.
Et ideo ad omnes nostros successo-
res hec precipio, ut hanc libertatem
non infringant, sed obseruare stu-
deant, quatenus Dominum omni-
potentem in eis sanctum Ioannem
semper propicios habeant, et mor-
tem eternam in futuro seculo non
timeant. amen.-

Bielowski: Monumenta Po-
loniae historica. I. pag.
XXVI: -



[1143]

1203.


Mieszek Stary zatwierdza nadania klasztorowi Mogilnieńskiemu przez Bolesława Kędzierzawego uczynione.

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Nos Mesco Dei gracia dux Polonorum universis katholice fidei zelatoribus, tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis, salutem in Domino Iesu Christo. Quoniam ab humana facilius labuntur memoria, que nec scripto, nec voce testium perhennantur, ideo necesse est ut res digne memorie et legitime acte, in scripta redigantur, quo canescens et tabescens antiquitas valeat successu temporum ad memoriam reuocari. Et licet omnibus Christi fidelibus prodesse teneamur, precipue tamen pium, salubre et honestum est, claustra et domos religiosas construere [et] defensare, nec non cum summa devocionis diligencia promouere. No-

Tum itaque volumus esse uniuer„
sis Christi fidelibus, tam presenti„
bus quam futuris, quod nos duc„
ti vera pietate, iusticia et karita„
te ad preces et monita domini
Mengosii abbatis sociusque con„
uentus ecclesie sancti Iohannis
ewangeliste in Mogilna, requi„
sitis et inspectis priuilegiis eius„
dem ecclesie Mogylnensis, in tem„
pore iam dicti abbatis Mengosii
invenimus a predecessoribus nos„
tris et eciam a quibusdam mi„
litibus subscriptas collaciones seu
donaciones sepedicte ecclesie sanc„
ti Iohannis donatas salubriter et
collatas, talibus quoque scriptis
memorie commendatas: In no„
mine sancte ac indiuidue trini„
tatis Amen. Animaduertat hoc
testimonii.. /: dalej następuje przywi„
lej Bolesława Kędzierzawego N. :/
Nos igitur Mesco, Dei gracia dux
Polonorum munera salubria et
donaciones pias a nostris pro„
genitoribus et antecessoribus Deo di„

ciatas, omni diligencia pocius au-
geri quam minui vel immutari
cupientes, premissis et prenomina-
tis reverenti et benignissimo ani-
mo annuentes, ad laudem et glo-
riam omnipotentis Dei, et hono-
rem sancti Iohannis ewangeliste,
ut hec donaciones et collaciones
ab omnibus successoribus inviola-
biliter sub anathematis vinculo
observentur, presens instrumentum
nostri sigilli munimine duximus
roborandum. Actum et datum
Anno Domini M° C° III° Nonas Sep-
tembris in Cruswicia. Presentibus
Domino Petro preposito Mazovien-
si, Vernero, Bero sacerdotibus, De-
gnone comite, Zbiluto comite, et
multis aliis tam clericis, quam
laicis fide dignis et honestis.

<u>Helcel</u>: List do Aug. Bielow-
skiego - str. 48.



1210.

Wincenty, biskup krakowski zatwierdza uposażenia klasztoru jędrzejowskiego przez Maura i Radosta biskupów krak. i t. d.

In nomine sancte et individue tri-
nitatis. Ego Vincencius dei provi-
dencia Cracouiensis episcopus omni-
bus tam presentibus quam futuris
salutem in perpetuum. Quia ma-
gna negligencia culpa est culpa-
ri super eo volumus, quidem ex of-
ficio commisso in alijs corrigere te-
nemur. Vidimus enim cenobij de
Andreow priuilegia ex neglectu pe-
ne delita et inutilia et ad interi-
tum et lapsum domus labencia.
Unde dignum duximus imminen-
ti temporum ruine succurrere, quia
lacius est ante tempus occurrere,
quam post tempus remedium quere-
re. Communicato igitur cum fratri-
bus nostris consilio tocius Cracouien-
sis ecclesie tam personarum quam
canonicorum approbacione et con-
sensu predicti cenobij priuilegia

innovare statuimus futuris in perpe-
tuum seculis valitura. Ne de ipsorum
amodo fide ambigatur, que sub tanto-
rum solennitate ac presencia virorum
constat esse roborata. Privilegia hec sunt:
Ego Maurus dei gracia Cracoviensis Epis-
copus et ego Radozh eiusdem Mauri
successor dedimus deo et fratribus pre-
dicti cenobij de Andreow decimas super
has villas Rakoszino, Polhok, Lissako-
wo, Lanczino, Rakowo, Tharsawa, Cho-
rzewa, Czaczowo, Preneslawe, Konare,
Michowo, in utraque Michowici, Ger-
lowo, Borowa, Procopa, Dunowo, Cho-
lossino. Facta est autem hec oblacio
siue donacio nostre humilitatis anno
Millesimo Centesimo Quinquagesimo
Quarto, prime pontificale regimen te-
nente domino digno ac vere beato Eu-
genio, nec non Duce Boleslao, Mesco-
ne, Henrico germanis fratribus princi-
patum in Polonia tenentibus, multis
nobilibus astantibus, quorum hec sunt
nomina. Ioannes Archiepiscopus, Cle-
mens frater eius, Dominus Taczo, Micho-
ra, Mechizlaus, Martinus, Zbiluit, Nico-
laus tribunus, comes Bogumelus. —

Item ego Gedeo supradicte Cracouien.
episcopus ecclesie addidi Deo et B. V.
Marie et S. Adalberto et fratribus iam
dicti cenobij in consecracione veteris ec-
clesie decimam ad mensam meam
pertinentem omnium suprascriptarum
villarum in episcopatu meo posita-
rum, quarum nomina hec sunt: Viazd,
Blonie, Senich, Blonica, Skowrodno,
Pauenchic, Beressnam, Buzecow, O-
patkowo, Tropissowo, Bealla, Gramba-
low, Bezgen, Mirawa, Branichia, Scro-
now, Vaslino, et alterius ville que sedet
super Nidikam, in qua sedent Kona-
ry due, hoc est inter villam Buginoij
et villam Negoslai. Testes huius dona-
cionis sunt hi, dominus Mesko, D. Ka-
zimirus domini terre. Abbas Tinecensis
Hildebrandus, Abbas de Caluomonte
Miluanus, Abbas de Sieciechow Alno-
dus, Abbas de Lochna Simon, dominus
Aiax. D. Zecoslaus, Gneomirus, Stepha-
nus, Jacobus, Joannes, Clemens, multi
comites, nobiles, capellani, quorum no-
mina scribere longum esset. Sunt au-
tem hi, per quos facta est et confirma-
ta innouacio. Ego Vincencius Craco-

ṫien. episcopus, Vislaus decanus eius-
dem ecclesie, Janus archidiaconus.
Bogufhalus prepositus, Benedictus sum-
mus magister, Laurencius cantor, Nico-
laus custos, Henricus subcustos, Radol-
phus Sandomiriensis archidiaconus, Ioan-
nes Crusvicen. decanus et predicte eccle-
sie canonicus, Richardus, Blasius, Pan-
cracius, Voyco, Alexander, Stephanus, Pe-
trus cognomento Barrabas. Bozuinos,
Nicolaus, Santoslaus, Troianus canonici.
Ego postea Vincencius sepius iam
dicte Cracouiensis ecclesie humilis
minister in consecracione illius ec-
clesie addidi supranominato clau-
stro et fratribus ibidem Deo ser-
uientibus trium villarum decimas,
quarum vocabula subnotantur:
Zdanouici, Vilchici, Negoslauici.
Testes Comes Gouorichius, Comes
Iacobus. Abbas de Caluo monte.
Abbas de Caünna, et alij quam
plures nobiles et mediocres, qui in
eadem consecracione interfuerunt.
Quicunque itaque de istis omni-
bus abstulerit vel demperit preter

ṫ

voluntatem abbatis et fratrum sit
anathema, maranatha. Facta est
autem ista innouacio siue confir-
macio anno verbi incarnati M.
cc. decimo. Episcopatus vero nos-
tri anno secundo. Idem nota-
rius qui supra auscultauit, et
manu propria scripsit, et concor-
dat in toto cum originali.

Kopiarz przyw. Jędrzejow.
fol. 11 v.
A. Z. Helcel: O klasztorze Ję-
drzejowskim. 1852 - str. 138.

